C. BARTHI

EPIDORPIDUM

EX MERO SCAZONTE

LIBRI VIII.

IN QVIBVS BONA PARS HVMANAE SAPIENtiæ gravissimo metro suaviter explicata.



FRANCOFVRTI

Typis Wechelianis, Sumptibus Danielis ac Davidis Aubriorum, & Clementis Schleichij.

ANNO M. DC. XXIII

C. BARTHI

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA

EX MERO SCAZONTE.

LIBER PRIMUS.

Carmen I.

IN altero nitela carmine explebit
Quod, à labore condiendum, egestatem
Bonæ dolere confitebitur Mentis.
Beata dicta, pectore hausta de puro,
Sibi hoc virile vindicant genus metri,
Nihil vetusta quæ morantur oracula,
Sed, ut profecta cordis è sinu sancti,
In ora sortis arma sensuum opponunt
Papirinis ita illita illico cartis.
Rapace qualis agmine ingruit torrens,
Et arva læta fertili secat cursu.
Fluore ut ejus influat merum argentum,
Magis feretur esse nobilis multo
Tamen, qui ab ore ductus irrigat nostro
Patentis undiquaque vineas vitæ.
Quia iste noster omnis est sui Iuris,
Nihil moratur exteros: bonis pollens
Sibi parata quæ scit, atque defendit.
Iovis pluentis alter impetu turbans,
Abire Virginali ab ore se sentit.

 Habetq;

Habetque nomen effera meretricis.
At heic puella, casta, fortis, ut Pallas,
Perosa nomen omne, quod virum dicunt,
Manu nitente, torva, torquet hastile,
Caput comante cassidâ aureum cingens.
Procis libido si qua dictat obscœna,
Profundere hosce luridum finit semen,
Vt inde monstra procreentur horrenda.
Sui Pudoris ipsa Nobilis custos,
Diu petita, nuptias Deûm spernit.
O in quietis occupata secessu,
Novena regna quæ chori tenes sancti,
Ades vocata, teque, Mens, Deam, exaudi.

II. De Nobilitate.

Genus tumestis efferens? avos laudas.
Sed esse vis simulque Nobilis dici?
Avita pone: Subsequendo virtutem
Avos tenebis, & Nepotem honorabis.
Negas pericla velle? si peris tiro
Cares timore ne Nepos sit indignus.
Iter tenere si cupis, tenes Divam.
Enim ipsa se sequentium gradum, VIRTVS,
Sequuta sæpe, tumque adest, ubi optatur

III. Institutio.

Mali sodalis, Institutor, ingressum
Cavere debet; à grege exeas cuncto:
Schola est viantis à viâ frequens error:
Patere nota publicè. Ingruunt illuc
Greges malorum. Vt ille & iste, quoversum
Iter tenere debeat, malè ignorat
Scholaris audit. Institutio priva

Notare

Notare cuncta simplicem docet dicta
Rapace nare publicata suspendit.

IV. Vita.

Diu esse res beata, me Hercules, non est,
Sed optime esse: Vita hominibus præsens
Nec esse vita consitenda: sed vitam
Vita ad beatam: id, ecce, supputa mecum.
Adesse quæ vides putasque, verè adsunt,
Sui *dicata voce,* bestiis *pigris.*
Fruuntur hisce quippe bestiæ, utuntur,
Et usu id omne, quo fruuntur, absumunt.
Homo *secus: quia ille quo utitur, quodque*
Fruendum adesse suspicatur, adspectu
Ab alterius, usibus suis donat.
Abest enim illud esse quod suiipsius.
Scit & fatetur. Vsus est ei æternus,
Perennis ipse mente ceu cluit sanctâ.

V. Ex Antonino.

Superba si qua res dolore concinnat,
Id exputare primitus velis tecum
An ante visa: visa si ante; percellis
Quid, ut novæ à rei periculo, vecors?
Quod accidisse cunque quit, prius factum est.
Modo omne mente tempus excute exactâ.
Ita, ante quod patratum, abivit: id quod nunc
Molestum, inanis hora conteret. Quicquid
Imaginaris esse, Opinio condit
Malum tua, haud potente fors furens sceptro
Levisve casus, aut tyrannus astrorum.
Opinione detrahe additum pondus,
Mali videbis esse nil. putum Nomen.

Ita accidentium omne quod venit, rerum
Catus, sagace regula, exige ad normam.
Oportet hoc putare; Casus ille exstet;
Eô alteroque venit.ante, quod factu est
Opus videbis. Omnia occident scæva.
Quod excidisse forte si putas normam hanc,
Subacta cujus omnia exigis nutu,
Redibis in te, & inde denuò cernes
Sagace corde, quicquid obruto excussum est.
Habere pristinam videberis vitam.

VI. De Sodalibus.

Virore nobili exiens lapis plebem
Vt induatur exterâ cute obscœnâ,
Nigrore circulum impeditus obscuro.
Virore nil remittet attamen puro.
Smaragdus esse notus omnibus priscus.
Ita, ut sodalium undiquaque te incesti
Greges, fovere nobilem rati cultum,
Velint colore conscreare lurenti,
Quid esse conscius tibi, quid his, sis, qui
Boni putantur esse, suntque severâ,
Memento, & inde supputando conclude:
Nihil necesse, Luror ambiat quem vult,
Eo infici quoque igneum meum lumen,
Id ut perenne flore fulgeat, natum est.

VII. Exercitatio.

Situ videmus excedente corrodi
Quibus pepercit ultimi furor Martis.
Vt arma, fixa quæ tropæa conservant,
Araneosa, obire inerte torpore.
Vt ignei beata luminis stilla

Inire

Iniure tota mentis ausit excessus,
Eam se creber inque lege defessâ
Velis probare, abutier: Nisi excultâ
Ligone vineâ inremisso, iners squalet
Racemus, antè fama Massici montis.

VIII. Polypragmosyne.

Pelasga nomen, Itali insciens verbi,
Vel agra, Curiositas, ferens dici.
Malum ter est sororibus tribus pejus
Quibus Poeta regiam instruit Ditis.
Ab Ocio profecta nascitur matre,
Parentis omen assecuta Livoris,
Eam canisque, bestiaque serpentis
Fuge instar, esse qui cupis tui Iuris.
Fuge, & sequentis, Occupatio, manda
Refutat arma: Sic quiete mactaris.

IX. Conatus.

Ad alta natus, alta sola suspira,
Vt hoc & illud adsequare tentando,
At hinc & inde decidas gradu eluso,
Nihil remitte. Summa qui cupit, summis
Adeptus ille proxima, inclutus vivit.

X. In W. Sidelii librum de Nobilitate.

Genus decorum, & alta lucis excelsæ
Prosapia, audit esse res nimis felix.
Vt inde sæpè, pulsa ad infimos, Virtus
Nihil potesse disputetur, adiutu
Favente, sitque Nomen entheum frustra.
Genus valere cuncta dum docent solum.
Id inde cernis; ordo celtior natu
Minora lumina æstimat, tumens fastu,

Sibi necesse cedere in viâ laudum.
At est repertus ipse sæpè, pro bello,
Paretur unde nomen, impiam Baccho
Sitim dicare, poculum Pholi haurire,
Sui capacis antra qui Scyphi educit
Ad Herculis venire somniat robur.
Negarier quidem illud haud potest; nomen
Superbum avita sæpè reddit exempla,
Nihilque, plebe natum ab infimâ, taleis
Solens fovebit impetus, pari ardore.
Adesse, nomen inclitum quibus sordet,
Ministro in omne quo fruimmini obscænum.
Docere vos Sidelius potest noster
Togata quid sit aura nominis magni.
Et in duella quid ferat, prius vulgo.
SIDELIVS, quod usquam eruditi Orbis
Habetque culti, & uspiam boni, omnino
Id ille possidere notus est nobis.
Libellus iste, publicare quem gestit
Modo, pusilla in hæcce verba concludit
Mera entheata dicta, de ore divino.
Minerva quæ notavit, & Charis scripsit.

XL In Adulatores.

Hydra est, rapace cum veneno, adulator
Subit dolosus, insciente mordendo,
Et ora molli biantia imbuit succo,
Cavere ne quis, inscientiâ, possit.
Mihi ille semper hostis ille, qui furtim
Subire doctus, ore fallit obscuro,
Periculosior videtur illo, qui
Aperta bella sanguinarius clamat.

Priore

Priore de grege est sagax adulator.
Amicus ore pectore hostis obscœno,
Minari eum putato sub bonis dictis;
Ibi ille maximè est cavendus, extremo,
Ubi placere gestit ambitu infelix,
Reapse pestis illa, quam cavent pauci,
Rapit quiete plurimas suâ menteis.

XII. Quies.

Latere dulce, vivere in sinu privo,
Quietis ista. Sors beatior regno est,
In hanc caducam opima cœlitis vitæ
Reducit orsa; vivere hoc piè Solum est.
In altero viante quopiam calle,
Via est, me hercle, pura, nilque vitai.
Ubi rotantis aura cuncta fortuna
Inepta facta dissono exitu eludit.
Modo quod omne certius super certum est,
Id illa cogit esse maximè incertum.
Vicemq; versat, & reducit in versam,
Voluta ceu lubet, retenta nec quidquam
In orbe perdita & recepta currenti.
Quies beata fallit huius obtutus,
Abitque delitetque, nec cavet Sortem,
Suo pudore conscia esse se tutam.

XIII. Pœnitentia.

Quod actum, inane Pœnitentiæ nomen
Redire rursus impetrabit haudquaquam.
Quid ergo ineptè, macerator incedis
Tui ipsius? Si agenda sunt Potestatis
Tuæ, quid illa non benè, at geris pravè?
Pudor Laboris insitete postremi
Per alta fata sit tuæ facultatis

Nec-esse cernis, ut gerenda res instet.
Quid in tuum caput, superbus insultas?
Nihil suprema secla numinum humanis
Dedére peius, atque cuncta rodentem
Atroce dente. Pœnitentiam scævam.
Eamse dico, quæ patrata ab externo
Sibi esse corrigenda disputat secum,
Deo dicata Pœnitentia est pulcra.

XIV. Fama.

Sinistra Fama si quid aggerit spargi
In ora de te; id insciente sic vulgo
Tibique conscius, latenter expende.
Mererier repertus, obtere extemplo,
Bonisque facta non benè edita, emenda.
Brevi est agone tempus adfuturum, impos
Meabit aura in optimam, ore clementi.
Sed est suapte si qua abortu inops laudis.
Sereniore mente dicta contemne.
Cadet suo illa perduellis à ferro,
Et in loquentis ora dura concedet.
Vt ore acerra quæ minus cato inflatur
Abire sordium quidem minas coget.
Sed involabit ora flantis intenta.
Ita impio creata fama Rumore,
In ipsa dira vulta gestit auctoris
Redire, ibique linquere omnia obscœna.

XV. In famam.

Te adesse dum videbit, orbis ingratus,
Die atque nocte puncta conferet cuncta,
Vt attinere possit, arma per Scæva.
Modo ingeret cupidinem Voluptatum.
Modo à timore rursus anget horrenti,

Suaviumque facta, rebus austeris,
Amariora melle tinget à dulci,
Id est pericla cuncta temnere, exire,
Abesse uti putemus, adsumus quando.
Patrare queî sit istud, audies: Cœlo
Profecta Mens, beatæ femina ostendunt
Viam, redire quà queas: Sequi promtus,
Relinque corpus in mapaliis terræ.
Ibique honore gloriarier casso
Sine usque & usque: donec efferat funus.
Suumque Mater in peculium Terra
Reposcat omne, quod dedisse se norit.
Ita ut putabis, una pestis instabit
Cupido vana famæ, eam nisi obtruncas.
Morabitur volatilem à polo mentem.
Suavibusque delibuta rumoris
Honoribus, caduca membra adorabit.
An ergo, te recepto in ordia antiqua,
Honoris aura, plebe capta ab incertâ,
Rogum tenebit uls diem sepulcralem?
Ubique corpus omne cesserit morti,
Manere nomen audeat tui æternum?
Videbis ipse non potesse, si tecum es.
At ut potesse sanciamus, & ritè,
Quid hinc redibit ad sepulcra membrorum?
Hiabit ergo, Gloriæ appetens anguis?
Soluta non vorabit artuum vermis
Ubi strepentis audiet tubam Famæ?
Nec hic nec ille. Mens, redemta de Mundo,
Nihil tenebit omnium recordata
Nisi perenne quod cluit, sibi compar.
Male acta cuncta Pœna poscit ad flagrum,

Beata gaudia imminent Piæ Vitæ.
Vbi inter ista, Fama, Gloria, & Rumor?
Quid ad te, ab hoc & istâ & illâ, ô vecors
Homo redibit? inter incultos nomen
Viros vigebit, ipse senties nilum.
Quod olim habere dictus, integrum est nomen,
Tuum sed esse Vindicare non quibis
Quid ergo vis Labore cum vago Famæ?
Reliquit ille, te & tua omnia in cœno,
Lutoque prorsus, atque sordibus terræ.
Cui Vmbra non remissa querqueram noctem
Ob ora gestat, abdita in sepulcretis.

XVI. Fatum.

Tenes equestre nomen inter armatos,
Parentibusque natus inclutis polles,
Vel urbis in receptus es graveis muros.
Vt es sub eius arduâ potestate,
Ita & tuum omne PRINCIPI tuo debes,
Et optimo fateris ore debere,
In Orbis huius ut receptus es regnum,
Mehercle sustinenda caussa personæ est,
Vel huic vel huic negociove præfecit
Vel inde & inde Muneri DEVS. Nolis
Genus beate, sancte mentem, huic regi
Subesse, & eius omnia ad Voluptatem
Palam expedire iussa? quid? quid obtendis?
In orbe sæpè qui cluit virûm princeps
Quibus præ esse debet, hisce suppostus,
Calore mentis obruto, pigrum torpet.
Latusque cinctus undique a viris doctis,
Iners fatetur, illi ubi tacent, esse.
At ille Rector omnium Deus, novit

Agenda cuncta; quæ futura, quæ facta,
Capace mente gestat. omne cui præsens
Volare tempus adstat. Ipse Fortunæ
Locique, temporisque herus; fuga ævorum
Notata ab illo in unico hæret obtutu.
Hic ipse, ludo ut adsolent puellari
Latrunculi redire tramitem in certum,
Ministrat omnia omnibus, trahit, ducit,
Rapit, vocatque, nunc iubet, statim mutat,
Ut ordo dius exigit, gerens Regem
Patremque, principem, Imperator, & ductor.
Necat quod est, quod ante non, dat in vitam.
Nihil reducit in vigorem, cum in nilum,
Prout lubebit. Huic lubere, id est fatum.
Quod ipse volt fit, imò iam factum est.
Quid ergo calvimur, pedemque divinis
Eousque iussibus, miselli, obarmamus?
Potest volentis ille ducere ingressum,
Tamen rapit trahitque, si sequi nolis.

XVII. in Album amicorum Viti Sebaldi.

Amica nomine, ore turba vulgaris,
Dolosa dicta docta didere infesta,
Satis putabit impiâ fidem Sanctam
Palam ciere voce, fallere in corde.
At, ut cluere quod evocaris, intendas,
Necesse vocis orsa pectore impleri.
Nec in duella dissidere ridenda
Ab ultimis suprema, ab extimis ima.
Mihi receptæ sede mentis ignitæ,
Polite Vite, candidum satis nomen.
Supervolare qui ambitu rudi, conor,
Quod esse cunque frivolum solet vulgi,

Et bene

Et heic laboro nil referre vulgatum,
Tibi sed ista, Nobili à satu Patrum
Profecta corda dedicare contendo,
Et ipsa mentis in sacraria acceptum
Locare conor hospitem: ô Lepor suavis,
O ora culta mellilinguibus dictis.
Datáque vix huic & alteri Suadâ,
Fluens perenne, pectore integro, flumen.
Sine ista dicta non-redire per fauces
Sed invenire, mentis in sinu, sedem.
Adeptus hocce, ceu iam adeptus, ingenti
Velim Tropæa figere alta successu.
Et, ecca, iam tibi ista vota suspendo
Tholo nitente, Testimonium Mentis.
Serena cordis unde conspici posit
Tui, Sepulta fax amoris in nostri
Putissimo vigore, Flammei divi.
Amor vocatur ille, si rogas nomen.
Is hinc abire nullus anteà audebit,
Dies suprema quam reducet in nilum
Quod ante NIL fuisse novit: in Cœlum
Beata Mentis evocabit, agnatum
Deo profecta semina, auctor æternus.

XVIII. Lingua.

Beata mentis, ignea igneæ, interpres,
Nihil sonare falsimoniæ, Lingua,
Velit, profecta de Deo, ut Deum laudet.
Vti se in eius ipse voce delectet
Creavit illam Amator omnium: plectrum
Deus sonare dulce condidit labro;
Ita, in caruncula pusilla collecta
Ibi quoque esse magna, Gloria, ut posit,

Enim potentis omnia hoc quoque inventum,
Inexplicanda Gratia hocce commenta est,
Suaviorum abusa carminum metro
Deo ut refundere omne posset acceptum.
Cave inquinare conscium Dei membrum
Quod abdito labore, sub penetrali,
Abusus arce sensuum, efficis corde
Malum bonumque, lingua portat in vulgus.
Eam fefellit omnium virûm nemo.
Nisi ipse testis impotentia tendis
Tua inveniri; habebis hanc catè obtectam.

XIX. Meum & Tuum.

Manus sinistra dexteram lavet, puram
Habere vis utranque si impiâ sorde.
Amicus esse re voles: malum est nomen,
Puta illiusce fata quæ, tua omnino,
Recepta quando nomina omnia in solum
MEUM *valere dictitabis, exibit*
Nefas ab orbe, frivolique dissensus,
TUUM *omne dicet alter ille tu, Credes:*
Dabisque; mutuo favore, quod poscet,
Redibit alma Virgo: Iura succedent:
Meum tuumque *pessima cadent voces.*

XX. Nolis negata.

Et impetrare non, quod appetis, discas,
Imaginare velle Gallicum regnum.
Ita alta mentis incientis ostenta
Sophus retundit anteà Sinopensis.
In ultimâ potentium qui egestate
Cluebat omnium unus unicè princeps.
Palam ambiebat Attico à magistratu,
Figuram uti suam areâ exprimi mandent,

Palam

Palam repulsus in suo sinu invenit
Equestribus pedestribusque maiorem,
Nec ære formam, inutili nec argento,
Nitoribusve cedere aureis promtam
Negata nolle, velle, quæ potes, sola

XXI. Timor,

Malum esse si videbitur quid, expende
Deum potesse cuncta, nil mali posse,
Malum ergo nil, vel ille non potest cuncta
Quod ore proloqui impium profanumque,
Vt esse, si cadaver, adspicis, dices,
Hemonis at vocabulo hocce censeri
Negabis, atque pernegabis instanti.
Ita esse, qui mali videntur, haud possunt,
Nisi in suâ æstimatione, semoti
Bonorum ab usu & indole, & sacre censu.
Puellus ut pavet genus tenebrarum,
Caputque velat, hoc malos timent ritu
Eorum habere qui scientiam nolunt.
Cadaverosa parvulos quatit larva,
Viri intuentur, & putredinem damnant,
Tamen timore fluctante non pallent.
Timere digna, non timere non digna
Beatitatis inclutæ tenor princeps,
Labore corda solvit alta mortali,
Dijs quiete proximus, fugax Mundi.
Ave superbe, Regium, Decor, nomen,
Nihil videbis esse par tibi aut æquum
Tenere donec, apta quæ semel, possis.
Abi impudice pallor, ora larvali
Furore fractus, interire fatale est
Tibi tuisque, quà, sui sciens, regnat

Homo

Homo serenus, in suâ potestate.

XXII. Fama.

Quod ille & iste donat irritis spebus,
Ego, quiete mancipante, sepono,
Palam omne fac geras, semel vulgi
Volans in ora, cuius aura te tollit.
Ad arbitrum me agenda cuncta suspendo,
Libramque lance digero sub æquali.
Quod est meum, mihi exigo: satis soli
Superque doctus; expedita quæ nolunt
Mea esse, temno, proteroque, calcoque.
Sat est laboris in meo mihi censu.
Vt omnia excoquam, attraham omnia in mentem,
Super futura plura non minus, captis.
Et inter illa, queis placere contendo,
Inutili labore multa condita.
Amariore quæ sapore confutant
Quod esse dulce fronte reris in primâ.

XXIII. Utilitas eruditionis.

Venusta nosse multa qui cupis, scito:
At utile & suave concipe exemplum.
Modo quæ in hocce tempore usus exspectat
Sine occupare mentis intima arguta.
Quia, ut vetusta cuncta mente concludas,
Nisi applicare rebus, ut cluunt, possis,
Tibi eruditus, omnibus rudis fies.
Et ut iuvare debeas tuis tete
Scientiis palam, artibusque millenis,
Luto tenace compeditus ingressum
Opem alterius, est necesse, mendices.
Nisi interire sordibus tuis mavis.

In hoc vetusta sunt, nova ut poßint
Iuvare, fine perdito, perit totum.

XXIV. Domi maneto.

Domum, manere si potes, cave excedas.
Tuus futurus in tuo trahes vitam,
In exteros volare si lares tendis,
Vt exteris, necesse, servias servis,
Herus domi futurus. Inde contemtum,
Et hinc merebere impij salis sannas,
Sodale falsus, hoste læsus externo.

XXV. Fama.

Sepulcra cum te matre contegent Terrâ,
Tune posse nominis putas famam
Superstitem volare corpori dio?
An est decora machinæ huius exemplà
Supervigere pauperem huncce rumorem;
Inepta dicta qui secutus à vulgo
Perennitatis audiat capax cultor?
Et hoc ut ille, quod vetant Dij, poßit,
Tibine, quo beatior cluas, quicquam
Putas abinde provenire, ut auctori?
Periculosus error iste peccatur,
Quod est futurum, id aucupabor, in præsens
Nefanda tempus ut piacla committam?
Procul fugabo pestilentiam Curæ,
Quia hoc sequetur, insequuta quid cerno,
Omitto promta quæ peti? quid horresco?
Quod est *futurum id expetam? tamen nunc*
Quod esse *subsequetur, instat hoc solum.*
Quod ergo habes fruare: quod secus, mitte.
Erit deinde tempus hoc, ubi, præsens
Tibi, fruetur ordo posterus. Seris

Nepo-

Nepotibus remissus, ordine æterno.
Scelus nefasque, velle quempiam præsens
Adulterare tempus, atque miscere,
Id ingerendo quod futurum abhinc vernit.

XXVI. Quies.

Quies beata, motus omnis infelix,
Quies in alta regna mentis admittit.
Relicta semina à Deo additis nutrit
Reperta Lectione quæ capit sacra.
Volare currere hinc & inde defessum,
Facit manere visa mentis obtutum,
Et immori hisce perditos suos motus.
Amore iungat ut si Hymen duos grato,
Pari labore dulcibus, QUIES, *armis*
Revincta membra colligat. QUIES *felix,*
Vtrinque semina eliquata conformat.
At à labore, prælijsque mellitis,
Feroce saltet incitata progressu
Gerens, puellæ, pignus in sinu Vitæ
Nisi tenace compedita cum loro
Superba vota lex retentet æterna.

XXVII. Usus.

Frui cupida si nequis, nihil pulcrum est.
Prius cupidinem exigat remotarum
Opum, quod esse tu tibi utile accredis.
Atroce cruda lancea hoste defendit,
Manu retenta militis, benè utentis.
Peribit ipse lanceâ suâ calo.
Venena multa concoquit metallorum,
Et, aurifex, perire sentit. In causâ,
Latentis ille puncta cuncta Naturæ
Scit ungue denotata, ab arte, sollerti,

Cavere nescit, aut nevult, suum damnum.
Nociva res vel optima inscienti usum,
Vbi applicator huncce noveris, pulcrum
Malum omne: quippe, quae ante nota, vitantur,
Ea ipsa quae monstra, quaeque custodes
Rei universae habentur, integro in mundo,
Notata quattuor vocabulis: mistum
Inerte vivum, & impigro fecerunt lentum.
Vt inde cunctus exeat, dat hoc V S V S.
In unaquaeque corda verte, iurabunt
Creata cuncta dissonante concordes
Favere mente singulis, sonos, rebus.
Ea ipsa Solus imperator, exactá
Scientia, dat Auctor Vsus in vitam.

C. BARTHI

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA.

EX MERO SCAZONTE.

LIBER II.

Carmen. I. Conscientia.

CAve efferare si videbere excultus,
Tenere prima Conscientia in fastu
Adepta, debat, inclutum sui pondus.
Eanne consulendo quopiam impinges?
Minus, Mehercle, fila quam si Aradnaea
Eò sequare quô viam citat Lampas.
Palam alterius atque clanculum sæpè

Licet parata perdidit Notam dextra,
At ut suapse moliatur exempla
Premente cautus ire quis manu obtectum,
Sciret profunda Conscientia,invito
Tamen patrante, factaque atra servabit.
Quin nec hocce contigisse rarenter,
Fidem dedere docta dicta sanctorum.
Vti suampse deposiverint quidam
Prius tenace Conscientiâ,mentem,
Ea impiando putrefacta cum primum est
Scaturiente perditos sinu vermes
Parire docta, Cor suum exedit Curis,
Quibus medentium obviare,quin totum
Ad incitas & Aggeruntiaum flumen
Hemonem abire, præcipem in malum,cogant,
Medentium, inquam,id abnegat manus stricte.
Cave evocata Erinnys exigat Pœnam.
Furit perenne, qualis haud soror terna,
Caput revincta mole mille serpentum,
Manuque tabidâ aggerens faces diras.
Paratragœdiarier velut sueta,
Coturni inane pressit,anguipes,fulcrum,
Megara, ubi ora pestilentis adflatus
Odore solvit; ominosa conspectu.
Lacer ferocis atra amictus in membra,
Obambulante defluit gradu sensim.
Vti pudenda monstret & tegat velox,
Inebriatus appetitus in flammas,
In ova sævit impotentium impunè,
Licetque hiante Pallor in sinu regnet,
Cupidine attamen tenace devincit.
Vt ipsa sæpè sese amare, deformis

Puella visa, depulit procos longè.
Speclum perosa, purpurissum habet nigrum.
Proculque creta, si placet sibi, cunctus
Putat placere, seque, mœcha, corrumpit.
Sororiantis obsecundat adfectui,
Perosa fratris, applicandum huic nomen,
Ita & sua ipsa devorat, minax, vota.
Iugumque coniugale sola concinnat,
Sed absque prole, perperamque fœcunda,
Et incubat sibi ipsa & invidet pestis.
Laverna propriæ Incubusque fortunæ.

II. Opinio.

Opinionis abstrahe improbum pondus,
Cui opprimuntur omnia in vicem duram,
Rei patebit unaquaque, ceu floret,
Nec, indoles, sagacia ora deludet.
Timor timere non potest, velit quamvis,
Rotá horridá volantis impetum Sortis,
Dei potente regna cum manu sentit
Guberna Rebus obtinere torquendis.
Deum esse si quis aiat, & simul credat,
Perit volubile impiæ Tyches nomen.
Vtrem tumere qui vides minis magnis,
Statim puta esse rimulæ brevis prædam.
Huic necesse fundat hausta, queis turget
Rosa in vireta Pæstiana quæ regnat,
Vigere longa si negatur, oppone
Diem iuventæ, & imminens necis telum.
In aërem exit, atque dissipat sese.
Quis ergo, inepte, te timere compellit
Quod esse dum videtur, esse desistit?
Opinio ista, de timore nata, ingens

Teret

Tenet tyranna regnum, & imperat latè.
Opaca nubis, involuta fulgetri,
Caduca vis, plicis tegentibus septem,
Nisi probetur, exigente se effectu,
Timore pro, notatur improbis sannis.
Quid est tibi quod esse de bono pravum
Putas timendum? at esse non potest tale;
Bonum timetur? exit in mali nomen.
Malum in furore cæca dicta fundentem
Inops timebit à Deo datæ mentis.
Bonus nocere nemini velit casto,
Malus nocere nemini potest Sancto,
Malis nocere pessimi queunt, verum est.
Bonum sed esse fortius malo, notum est.
Vt impetatur, obtinet tamen palmam.
Malum, ex odore pestilentiæ attractum,
Cui fovere Conscientia occœpit,
Is ulcus illud exuisse dum certat,
Timoris ordium invenit mali extremum.
Vbi metum esse Sanitas videt, spernit
Adire contra: at improbi illico morbi
Citato in agmine ingruunt, & adfectus,
Citraque & ultrà imaginem viri torquent.
Vir exsul. ipse migrat è suâ sede,
Domique nescit esse, ubique differtur
Fuga hostis insolente sensuum summi,
Vigentis Indolentiæ, deo Natæ.
Vti per æquor horridum volat navis
Noto ferente, nuspiam anchoræ fidens.

III. Peregrinus.

Domesticus manere, sis peregrinus
Licet, tibi memento: Si tui gnarus,

In exteris, ubi voles, piè vives,
In exteris Amare, Credere, intutum est,
Sed hoc utroque disputare de Vitâ
Periculosiore fine succedit.
Ibi est disertus omnibus mage, elinguis.

IV. Adulator Dei.

Deus bonorum amicus, illius casti.
At ore qui professus optimum falso,
Nihil loquetur apta ni Deo verba,
Dei ille non amicus, est adulator.

V. Stoici.

Senes beati, originis genus dia,
Deique prorsus, incolæ orbis abiecti,
Bonive de Platone dæmones vero.
Quietis aura sæpè munere à vestro
Tumultibus petita sensuum vota,
In alta verticem astra ferre cœlestem
Dedit, relicta quem vocat via à vulgo.
Notator, Arrianæ, dicta Epicteti
In una parva congregans libri puncta.
Et hunc pari, Imperator, adsequens gressu,
Beate Marce, dexterâ potens Mundi.
Profunda mentis in Deos tenens Regna.
Melæque frater, à Nerone, post matrem,
Mage impiè perempte, Gloria Annæa.
Cui cupido cinnum ab hisce concinnat,
Polita dicta mente digerens æquâ,
Habebit omne, quod sapit, vetustatis.

VI, Opinio.

Puellæ amator esse nobilis dicar,
Choros, venusta, quæ premat Dionæos,
Sodaliumque plurimos procos spernat.

Eam videre solus, ut velim, possim,
Necesse vestis exuam omne contextum,
Ibi pudica quo decore vestita
Sit à favore plausibusque Naturæ,
Palam videbo, nec sinus tegent quicquam,
Opinionis exuenda sic nubes
Videre rebus additum invidet pulcrum.
Deumque contueri, & esse divinum.
Superbus ordo, dignitasque membrorum,
Pari quidem illa conjugata concentu est.
Obire, sed dicata munia ut possint
Pedis columna, dextera ala; concoctor
Superflui fluoris, æstus internus,
Caput valere prima cura contendat.
Eique quod nocere cernit, eructet,
Quod usui esse, concupiscat extemplo.
Dei universa Cura de voluntate
Opinionis omne devovet momen.
Huic valere cum cor intimum exambit,
Secuta membra habere nil mali possunt.

VII. Mens.

In æquore ignis, omnium ordie primo,
In igne viva-semper unda florenti,
Ab utriusque, nobilis, jugo, princeps.
Et hoc in illo, & illud hocce deprendit,
Grave in jacente nil videre tellure
Potest, in aëre invenit leve haudquicquam,
In omnibus sua ipsa, Mens, hera & fautrix.
Modo enatabit igneos globos innox,
In æquor altum & igneos abit fluctus,
Uti viator in notabiles clivos.
Sedetque molle, delicataque incedit,

Aprica captat ora Solis obscuri.
Nihil remota, Mens moratur obstacla,
Palam ambulare per volatiles campos,
Volare per jacentis ausa telluris
Operta regna: Summa tota summarum,
Deus videtur esse quispiam paruus,
Modesta si secuta mens, sui frena,
Nihil putabit esse dignius se se.
Vt unus Imperator, arbitro mille
Tenetque nutu, & ire, milites, mandat:
Et ipsius instar esse mentis audebit
In omne corpus atque copias sparsa.
Ita est acuta mentis indoles magna,
Videre qua quit, arbitra omnium rerum.
Iubebit hanc adesse? adesse festinat,
At illam abire? abibit impetu promto.
Tenere, verum, in imperI potestate.
Referta rite frena; in ordine arguto,
Labor, mehercle, duriorque, majorque,
Sibi ipse quam quis esse creduat verum.
Ita Vniversitatis in gubernaclo,
In usibus sepulta, Regula, abscuris,
Nimis latente suffugit Notam gressu.
Abusibus patentibus nimis doctè.
Opus laborque cernere à bonis prava,
Inusitatus atque maximus rerum est.
Deique conjurantis indiget nutu.
Eum precare, res bene omnis incedet.

VIII. Solitudo.

Latere qui me, & esse deputas solum,
Vbi sepultus inter arma librorum.
Dies sedere sum repertus in totos,

Opinione

Opinione falleris nimis bardâ,
Ego receptus interesse me exulto
Choris vetusti ab avitatibus secli.
Ibi Poeta centuplex, sacrum nomen,
Beata carmine ora solvit ingenti.
Lyrâ modo ille blandior, modo & fulmen
Grave æmulatur, & tonans, & exundans.
Latus dicatur alterum Sophis priscis
Ibi Arrianus, à sene incitus claudo,
Tenere regna gaudet, & Plato magnus.
Tyri colonus, & Neronius doctor.
Et Imperator, omnibus prior divis.
Videbis inde ut Aesculapii proles.
Logis plicata nectat orsa disjunctis.
Vt inde prendat & liget vel invitos.
Et hisce cinctus ut vel unicis degam
Med esse solus arbitraberis solum?
Referre nomina omnia est labor magnus.
Quibus recedo quoque doctior puncto.
Abi, in foroque mille, cinctus, obstipa,
Et hinc & inde cum sequentibus, vade.
Ego, sepultus inter arma librorum,
Meræque solitudinis reus vobis,
Habebo mille pro unico tuo, testes.

IX. Carmen.

Polita dicta carmini indere obscuro,
Opus laboris invenire non parvi
Fatebitur, pavente qui volet vulgo.
Supra vetusta nomina ire cantorum.
Ab his enim relicta nulla comparet
Via, insequenda, Carminis puti, nobis.
Sed unde in urbe se Latina paupertas.

Reduxit

Reduxit olim, & esse fassa devictam est,
Eo volare non timet gravis Teuto,
Et ora nec dum opacus alba de veste.
Cui juventa primulum terit limen
Modo enotata flore bis novem annorum.
Opinionis hujus in sinu vulgi
Aculeata dicta linquere, est fixum.
At ingeni nitela quem tenebrarum
Supervenire regna cogit obscana,
Quid hunc moretur iste debilis Scazon?
Parum laboris ista Cantio nobis,
Et abstulit vicissim & attulit rursum.
Sit illa dura quamlibet, sit obscura,
Sit inficeta, plena rustici ruris,
Araneosa ut ambiat cutis scombros,
Tamen pudica sat sibi atque depexa est.
Sibi, Deoque, Porticuque, Doctisque.
Moræ esse mora non capit mihi turba.
Ubi vel ore lassa perdidit se mens
Manuve, tædiove languet agnato,
In hortuli vireta se sacri sectans
Gradu profecta, ut ire nota, contento,
Redegit in corollulam aureos flores,
Caputque vinxit & suos dies vixit.

X. Recessus.

Incipiente rebus impetu humanis
Citi laboris, atque carminis vilis,
Pudet beata, de libris sacris, scita
Deique nomen indere optimi Sanctum.
Quia illud ore dicier, nisi casto
Negat. profana vota rite despectans.
At, ô supreme conditor, parens rerum,

Inelo-

Ineloquenda, Pura, Sancta, majestas,
Beata sola, sola cuncta complectens,
Supra omne Nomen & Statum & Locum & Motum.
Herusque Tempori, absque tempore æternus.
Cui fuisse *non prius suo est* esse.
Nec esse *quam* fuisse *nobile est ultra.*
Cui omnia unum & unum in omnibus soli.
Scaturit unde Lucis, atque Fons Vitæ,
Nitorque singularis: Omnia interna,
Nihil remotum: in omnia omnium princeps.
Tibi, vovere quæ queo, palam exsolvo,
Parens IESV, & hujus in sinu noster,
Homo misellus, insciens homo recti,
Tibi recedo, teque, Summe, suspiro.
O alma Vita, Flamen ô Deus, Sanctum,
Amabilique, Christe, voce Salvator,
Parensque summe: Trinitas: Deus simplex
Triplexque, inefferenda in, Vnitas, sese.
Remitte facta pessima, & tibi votum
Cotidiana fac pericla me mundent.
Meum est, jubente Carne, sæpè peccare,
Tuum est remittere; ô remitte, confesso,
Quod hunc ad usque sequius diem feci
Puertiâ in feroce, vel juventute.
Abhinc futura, quæ cavere non possum,
Benigniore proiice in mare obtutu.

XI. Laus Quietis.

Silentium, Timore quod Dei vinctum est,
Rapace currus igneus rotâ, cœlos
Apiscier tenentibus dabit sese.
Silentii, Timore cum Dei juncto,
Tenens amica, nactus Helias currum

Cui

Cui volare ad Entheas potestates
Polique limen integrum, in novem Primi.
Iò silentium, institutio Vitæ,
Beatæ Solitudinis sacræ fructus,
Ad astra quo venitur, atque divinos
Sodalitatis integerrimæ cultus.
Gradûm supreme, semita una cœlestis,
Cor acre de viâ mala in bonam adducens.
Iò Silentium, arbitrariter donans,
Cuique facta pessima, ut bona addiscat,
Redire Pœnitentia unde mox possit
Male in relicta sensuum piûm Regna.
Iò beata lacrymantium fautrix,
Parensque pacis, endo mente mansuetâ.
Cui Abba, in igne florido atque cœlesti,
Volare discit ad Dei intimas aures.
Sodalis alma simplicisque puræque,
Piæque conjugale vinculum mentis.
Nitela sancta, cogitationumque
Ad arma lancis expedita libratrix.
Libido dulcis in Silentio integro,
Gulæ bibacis & voracis obstaculum.
Pigræque flamma subditrix Voluptatis.
Domare promta quicquid audit obscœnum.
Precationis imperans Schola ardentis,
Quotidianæ Lectionis exactrix.
Serene portus, alta, mente tranquillâ,
Marisque, fluminisque perfidi spernens.
Quietis uniformis alma Regina.
Iugum suave, teque ferre gestantem
Vigor probatus. Vnicum pij Cordis
Deo dicata, Gaudium, exserens Vota.

O Au-

Auriumque Luminumque Linguaque,
Modesta frana nobili regens dextrâ.
Superba falsimonia triumfatrix.
O impudentia hostis improba aterna.
Parens pudoris & pia Optimi nutrix.
Tumultuum, atque dissoni sibi adfectus
Severe carcer, omniumque virtutum
Magistra, Mater, Arbitrix, Gubernatrix.
O una in occupata cateris Virtus.
Simul Magistra, Disciplina, Servatrix.
Ab Orbe pradium exsulantis acceptum.
Domusque Christi, amata pra arcibus cœli.
Vbi invenire asyla tuta testatur
Ab Orbe quisquis exsulans, simul Christo,
Iesu in arma tradidit Sacramentum.
Silentium, ô, quiete ritè conditum.
Mihique caterisque, Christe, concede
Quibus tumultus, atque fluctuum mundi
Cohors, ferocis imminet minax lethi.

XII. AMOR.

Diu cupita, nunc reposta necquidquam,
Subibit ora forma amanda de integro?
Et in juvenculi intimos sinus grassans,
Puella fulmine urit oris ignito,
Cupidinis retenta frana discindens?
Quis es duella qui per ire Natura,
Cupisque miles arma tendere adversum
Tui ipsius, sepulta regna sub te ipso?
Venire ne quis error audeat mixtus,
Deus reponit & cupidinem differt
Iuventa donec exeat viri in limen.
Et avitatis inquieta vis cedat.

Ibi

Ibi venustus aurei oris incessus
Capitque, detinetque Nobilem vultum.
Cave optimæ reposta munera ætati
Velis profundere, ante, vel, diem fixum
Foras, scelestus, ire concubinatum.
Parente natus ut parens sies, æquum est.
Nec interire totus in semel possis.
Quod in te habere credis, alteri debes.
In hoc Nepotis alta secla te exspectant
Uti cluere munere à tuo possint.

XIII. Debitor.

Ubique & undique hoc scio, integrâ mente,
Med esse debitorem, & obligatum quem,
Teruncioque vincier resolvendo.
Necis ministrâ creditrix mihi est hora,
Catè exigendo summulam trahens strictam,
Ubi huic placebit, ibo, debitum solvam.
Quid ergo inane construam, aggeram, pondus,
Gravique fœnore impium geram Nomen?
Ut Alphii sequatur in rogum fama?
Ubi putaro cras, perendiè, multos
Gregare rursus & tenere acervorum,
Inepta fortè me hoc die jubet finis
Abire debitorem, habere nil prorsus.
Brevis ruina tempori imminet cuncto,
Quid hæc minuta puncta quæ mihi dantur?
Bene hæc locare, dum queo, volo puncta
Ut alterius esse mortuus damno,
Ferarque creditore, creditor, victo.

XIV. Ebrietas.

Inebriata nil relinquit intactum
Furore mens sepulta, & igneo Baccho,

Stupebit ausa, pessima omnia audebit.
Satan protervus ebrias manus vibrat,
Nefas in omne, quisquis audit occisus,
Vel ebrius, vel ebrii occidit ferro.
Tamen necesse multa ferre te prava.
Ab omnium recede vultibus, si non
In hoc & illo amare quid potes navi.

XV. Christianus, Homo.

Homo esse cogitato in omnibus factis
Deinde Christianus, hoc prius quam illud.
Fide utitor Deo, impetite, jussore,
Parum nihilve, quod cavere homo possis
Vel ore vel manu patrabis indignum.

XVI. Fortuna adversa.

Sepulta mens inertiæ meræ somno
Malâ excitatur ingruente fortunâ,
At ô supreme Rector, Arbiter rerum,
Sat est malorum, inepta ferre non ultrà
Valet rotantis horridos, Caro, tortus
Manum monentem, ô alme, retrahe, exactor.
Tibi fatemur esse perditi nati.
Quod est malè actum id omne vindici est actum
Tibi; ô beate parce nomini infirmo.
Vides reapse, nos redire de pravæ,
Viai amore, demeantis ad Pœnam.
O ignei reduce brachii tela.
Caro est relicta, nuda, debilis, fracta,
Manu obligante nunc, supreme, sis præsto.
Enim tua illa semper hactenus nobis
Benignitas paterna, Vulnera inflicta
Manu medente, dia Cura, Correxit.
Misertus hoc quoque obliga, parens, vulnus.

XVII. Fama.

Acuta crux; operta melle Sardoo,
Aprica Fama, Solis igneo adversa
Calori, ubi relinquis illud acceptum
Cui laboris imputabam onus tanti?
An, ô, patebis improbo mihi demum
Cui os decorum manusque sublecti,
Mero & pudôre pestilens sitis vulgi?
Vale impudica. Nil tibi negans monstrum.
Pedes obunca, quos tegit fugax penna,
Uti superbus, æthere albido, Pavus
Gradum minace duplicat tumens fastu.
Supernè virgo, monstrifer Leo subtus,
Quid imminente devoras tuam formam,
Tibique, dente, detrahis rudem larvam?
Peribit illa nempe Temporis cursu,
Venena nutrit insciens sui Rumor,
Quibus necatur ipse quam prius sentit.
Sequax popellus hostico perit poclo.
Apis Matina qualis educat, latus
In alveis, amicà virgini mella.
Ubi illa devorabit, ingruet fellis
Amara copia, ilijsque pro stupro est.
Suavitate sic polita lactanti,
Adit manum, atque labra, pestilens Fama.
Latere dulce, vivere in sinu sanctum,
Quod ipse vis timebis, aut coles tecum.
Abibit omne quod neris, procul spretum.
Deus, vel, hercle, proximus Deo, quisquis
Agit sibi omnia atque proximis rectè.
Nihilque curat arrogantiam famæ.
Cui sat est, quod actitet, domi natum.

Furor, perire, (cum tibi fies primus,)
Ad arrogantiæ hosticæ rudem nutum.
Sophis enim hostis atque corculis Vulgus.
Cui ministrat omne, fama, quod gestum est.

XVIII. Irasci crede profanum.

Gulæque crapulæque morbidos multos
Ligat, cruenta vincula implicans, Pestis.
Quid his palamve clanculumve te irasci
Iuvabit? helluonis ipsius damnum est
Et aleonis, omne tegmen exutum.
Ita est genus sacerrimum, Voluptas cui
Mera impiá sonare perditum linguâ,
Et usquequaque castimoniam famæ
In altero, involare perditis verbis.
Quid invidebis hisce, vindicans, pestem?
Malum loquendo abivit in ferum pectus.
Latenter unde pascitur truces mores,
In ipsa donec ordia ingruat vitæ,
Malum loquendo frivolus perit Rumor,
Et aura, voce verberata mendaci,
Vagum erubescit opprimens locutorem,
Is, ipse quod mererier scit, impunè
Vt esse poßit, alteri malum affingit.
Sed ipse flamma perfidum cremat torrem.

XIX. Cicero.

Latina lingua, copula omnium Gentium,
Quod est fuitque sola nosse Regina
Potest, abusque perpeti Vetustate.
Inane nomen, atque egens Sophistarum.
Ligabit unius nitore tot dites
Opes labelli? & unico omnia appendet
Vocabulorum, & hisce subditis, rerum?

Latina lingua serva Tullii Marci,
In unius feratur, ut toro, sponsi
Latere posse, praestito sacramento?
Ab aevitate Tulliine natura
Novas quievit educare Formarum?
Rei universa nil tulit novi pompa?
Futurum an omne solus ille concoxit
Inops propheta, quamlibet loquax scitè.
Id ut vigente Tullio putes dictum,
Vitruvioque creditum architectanti,
Vbi, cedo, docere queis suas arteis
Is ipse quisset, occupasset oracla?
An aedium tot inclutas viro parteis
Necessitate quae forent satis, Marcus
Amabili sonore perministrasset,
Licet Quiritium eloquentiá princeps?
Ab unico omne disce caeterum exemplo.

XX. De Antisthene.

Malè audiendo, cum benè egeris, Rex es
Parente natus altero, Sophus, Graio
Thrace altero, Platone laesus, exclamat.
Quid inter omnia esset optime felix
Mori, rogatus, optimè, optimè dixit.

XXI. De Theophrasto.

Amore gloriae est inanius nilum
Vbi incipissis, ordio putri, vitam
Ibi oppetis superbus, & jaces longum.
Omittite ô Beatitudinis nomen,
Vel id labore quaerite arduo, ut dignum est.
Docebat ista jam oppetens Theophrastus.
Sed interesse nil putant Capillati,
Supercili rigore flebilis turba

Nates hiante semamucta centone,
Cui esse nomen aureum SophI credunt
Culina queis Apiciana pro Stoâ est,
Ea interesse turba, dico, nil credit
Sit aut vocetur Ambitu tuo digna
O inremissa Gloria: haud capax vulgi
Tua est imago, quæ superstes errori
Beatitatis arma lucida attingis.

C. BARTHI

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA

EX MERO SCAZONTE.

LIBER III.

Carmen I. DEO.

DEus Deorum, & arbiter gubernantum,
Sine extimo, beate finis; æternum
Future-semper, es quia ordii ignarus.
Cui esse cuncta, at ipsus omnium Factor.
Quiete vivus actuosâ, Herus motui.
Geris quia omnia, ipse nemini gestus.
Creata cuncta te citrà colunt vitam,
Nihil probatur ultrà habere vim sensus.
Vigoris Aura, sors bonorum inexhaustus.
Inexplicatum, inefferendum, ineffatum
Inadsequendum, ineloquibile, indictum,

Inexputandum, incruendum inexactum.
In unitate cuncta, quæ cluunt, torquens.
Reus se multitudine omnia excedens,
Et unitate cuncta triplici includens.
Nihil nisi supremum & optimum nomen.
Nihil nisi alta, summa, celsa, maiestas.
Quod est fuitque, quodque erit, sinu amplexa.
Homo te adoro, de te origenem ducens.
Ea excidisse non nocet, iuvat CHRISTVS.
Leva labantis impotentiam carnis.
Tibique siste, adesse quem iubes, Fautor:
O æviterna Gratia, atque cœlestis.
Benignitatis Aura, flammeum spirans.
Volubili perenni serva me tortu
Et hinc & inde dira secla contundunt.
Tibi assere, o beate, præcipem mentem.

II. Epitaphium Julij Scaligeri.

Fleant relicta regna, migrat hinc Cæsar,
Maris iacentis, & volubilis terræ,
Polique continentis omnia, immensi.
Ibi est Sepultus ille IVLIVS*, quem non*
Rotâ recepit Orbium via æterna,
Licet recepit. Ambientis ambitus
Vigore maior, exserit polo Vultum:
Sinu refusa quamlibet sui toto, hunc
Tenere nescit omnium capax Tellus.
Nec æquor, humido unde origo vitali.
Deorum amicus ipse, par diis Heros,
Rapace mente gessit omne quod clarum est.
Erat superstes omnibus tamen raptis.
Ab hoc sepulcro, ab hacce frigida tumba.
Poetici nitoris inclutum Nomen,

Sophique

Sophique terminus supremus humani,
Superba, flore purpurante, L V X Famæ,
Scientia omnis exoriner rursus,
Perire si qua nunc necessitas cogat
Redire poßit ora sub virûm culta.
Ut ora fonte vatis est Caballino
Rigare prima, sic iubente Natura,
Dehinc Apollo ducat entheum flumen.
Ab hocce fonte, Quem Perennitas Famæ,
Rigare iußit aureæ rogum Scalæ,
Quis alta porro sidera ire consceensum
Poeta vel Sophus, vel & Medens, poßit?
Sepulcrum Apollo cum sua colit Scala.

III.

Vomens venena fluminis modo magni,
Nepa horripellis, imminens truci cauda,
Ferox, proterva, transfuga, auctor infelix
Petentium ima Turbinum, ipsa deserta,
Bonoque nomine, & favore cunctorum,
Putas latere pestilentis adflatus
Venena posse sub suavibus verbis?
Fuga illa vestra prodit omne secretum.

IV. Poeta.

Poeta si quis es, reapse, non verbo,
Deum referre plus quam olere mortalem.
Habes necesse; nulla mentis excessum
Deo admovere flamini potest Sancto
Scientia, aut potentia, omnium princeps
Nisi Poetica, enthea, alma, cœlestis.
Inepta parce dicta didere in vulgus,
In ordio quidem omnium-parens cunctos
Pares creavit, ut Deum celebrarent.

At, invidente Satanâ, cadunt pleri.
Brevis relicta Turba, quæ memor cœli,
Cui creata servit hujus in laudem.
Beatus ille ter quaterque, qui vates
Celebriore nomine audit, ac Princeps,
Sit ille vel monarcha juxta Alexandrum,
Vel Imperator e[illegible]do Iulii sede,
Ego Poeta si vocarier possim.
Nec invidere Persico velim regi,
Lydive gloriationibus Crœsi,
Philippidæve, Cæsarive Trajano
Bonoque Nervæ, amabilique Mammæo.
Sibi hos habere, si qua possident, mandem,
Mihi in Iehova, eique laudibus votis,
Teratur absque turbine & foro, tempus.
Libris receptus, inter hosce regnabo,
Modimperator, & volatili plantâ
Per omne nomen ingruens vetustatis,
Apis Matina, quæ mihi apta, selectis,
Coronam IESV honoribus feram dignam.
Ea decorus ante Iudicis stabo
Pii tribunal, inque Gratiæ fido
Sinu, salutis aucupabor æternæ
Inefferenda gaudia, Aureum seclum.
Io Beatitatis à Deo rivus
Rigat modo omne pectus, atque mortaleis
Procul jacere Christus imperat Curas.
Poeta si quis hoc modô sapit Sanctè,
Dei parentis, ipse filius, gesta
Sacro sanabit ore, negligens Vulgum.

VI. Duella civilia.

In arma quando, provocante cognato,

Ruit profectus ex eodem avo, sanguis,
Inexpiabile est duellum, & in finem
Vtrumque pessum it, alteri altero instante.
Quid Oedipi nisi orta pugna Germanis
Domum eruisse quivit, hactenus firmam?
Remique Romulique sanguis incensus
Ad ultima hæsit Vrbis inclutæ fata.
Gener socerque perdidere, quod septem
Labore scela vix adepta, ludendo.

VII. Quies.

Latere dulce nobiles fovet vates,
Nec emovetur improbæ minis turbæ.
Suopte quando mens recepta complexu
Ab exteris profecta cuncta profligat.
O Entheate mentis inclutæ excessus,
Abi, evolaque perfidas luti feces.
Dolor quid est nisi breve admodum punctum,
Imaginatione digerendum altâ?
Vbi male esse disputant sibi sensus
Reapse nullus est sui status compos.
Timor doloris Vmbra, quem imminentem im̃
Nihil quit esse durius suo auctore,
Dolor probatur esse læsio sensuûm,
Sibi ipsa carnifex, suus tibi tortor.
Quis est Catonis in foro sacrum obtutum
Nihil paventis, ausus eminus ferre?
Idem forum Tiberium expulit Gracchum,
Caique robur, attonantis adstanteis.
Ita in furore mens vagante suspensa,
Modo feroce gaudio icta subsultat,
Modo, ultimo sepulta tota mœrore,
Caput supina deijcit, modo exsurgit,

Redux timore, seque sublevat sensim.
Quid hoc, inepte, Providentiam credis,
Et in tuopte mœstus exsilis damno?
Vbi relicta sensibus via insanis
Deo gerente cuncta, cuncta torquente?
Quod imminet cavere si voles, ora,
Precesque funde, mente te intimâ purga.
Futura si sat utilis tibi res est,
Negocium impetrabis ardidè orando,
Frequente voce. Filialibus votis,
Minus futura contemne velle pugnando;
Tamen quod est tibi utile exigit Numen,
Deinde præstituta norma fatorum
Perennitatis alligata torrenti.
Necessitas domare si voluntatem
Potest remissam, & impotem sui per se.
Quod evenit tuæ est simul potestatis.
Quia omne quod fit, ut fit, ipse dilaudas.
Tuâ occupatus interim omnis in vitâ,
Satur recedere ut cibi queas mensâ.
Negociorum inane nomen & pravum.
Aperta fallit orsa muneris recti.
Tibi expete, ut decere te putas, cuncta.
Et illa pauca, quæ placere contingit,
Ita excolendo sedulus fove Cultor,
Vt irremissa norma nuspiam impingat.
Rigata nectare, & Favonio fota,
Ager resolvit in bonum, Sata, eventum.
Et horrea alta frugibus replet densis.
Suave mens subacta nectar haurire,
Bonum quid esse, quid malum queat, cernens,
In arce sistit, integreque felix est.

Retroque flexa, conspicata thesauros,
Inepta ridet hinc & inde tortarum
Pericla mentium, & Tenaciæ damna.
Sibi quieta, conscia est sibi recti.
Amara, cruda, falsa dicta de vulgo,
Pili æstimat, cadentis in citum flumen.
Nec huic nocere fama cum ambitu toto,
Nec arma, Rumor, impotentiæ vibrans
Protervus audet. Unicum Sophi nomen
Superstes, omne frivolum procul spernit
O invidenda, si bona ipsa mens noris
Tua, æstimesque regulâ satis iustâ.
Diis propinqua, si quiescere audebis.
Ferina prorsus impedita per vincla,
Abire ubi cupis tuâ editâ à turri.
Opinionis exuas modò textum
Araneæque, gnava, rete corrumpas.
Suave, amara quod tegit cutis, cernes.
Tibi nocere Solis ierat fervor,
Rigore dura cedit horrido bruma,
Hera es tibi ipsa, Sortis es faber Cunctæ.

VII. Ad Nicium.

Amica flamma, quæ sui modo exhæres,
Id unicum, quod appetebat, amisit,
Recessu in huius, in quo habere fortunam
Et omne prosperum decus videbatur.
Ut orba nocte primulâ viro Sponsa
Relicta mœret, & cor exedit luctu,
Uti Columbus albus, ales integra,
Cubile quando, sancta, perdidit primum.
Negat deinde quippiam voluptatis
Sibi fruisci, in arbore adsidet solâ,

smagi-

Imaginemque coniugis suæ cœnat
In hac lubido cuncta vertitur sola?
Ita à me eunte Nicio meo, totus
In anteacta dulcium exeo rerum,
Et illa conspicatus ore constanti,
Abire nuspiam potens, quiesco in me.
O, in vetusta tempora arduum exemplum,
Tibi recedo nobilis, merus candor.
Tibi ista pura pectora adsero Soli.
Vbi esse amicus haud tibi amplius quiro,
Ibi nec esse me fatebor omnino.

IX. Preces.

Precari adorsus, istud ante habe pensum,
In omnium venis parentis obtutum.
Deum tueris, ipse te videt coram.
Tibi imputato, dignus ille, qui donet,
At impetrare tu, rogator, indignus.

X. Poëta.

Procul remota, pulcritudinis norma,
Ineptientis à Libidinis cœno.
Deo placere, summa magna summarum est.
Agone in hocce querquero Iuventutis,
Vbi nitela floret oris investis.
Petite mille fraudibus malis, vates,
Eumne, qui furore Bacchico insanus,
Fores ferire Gloriæ tuæ credit,
Moraris? & placere iudicis vulgi
In aure tendis? Impie excas latro
Quieta regna mentis eruens, Fervor.
Et Ira, pestilentiæ gubernaclum.
Deo Poeta se probavit; ingenti
Furore plenus, & fremens in accessum.

Recun-

Rotunditate circuit suâ cœlos.
Tolutim adacta, carmine igneo, metra,
Sono rapace, dextera haud suâ, vibrans.
Deo nocebit, huic nocere contendens.

X I. Afflictio.

Diu per umbram & extimas notas spectans
Ruentis inquieta facta Fortunæ,
Timoris hospes hactenus, malo ignotus.
Quod esse suspicatus, impetis verbis.
At ecce nunc, Dei iubentis assensu,
Adorta te furore Sors, nimis parco,
Facit videre, quid sit esse mortalem.
O Arbitrix, Triunitas, meæ Vitæ,
O Vnitrinitas meæ arbitrix lucis,
Tibi profunda Mens, tibi egerit esse,
Agitque pro dolore gratias tanto.
Dat hic honoris incluti facultatem.
Supraq; vulgus exeuntem amat flammam.
Id usquequaque peccat omne, & impunè.
Nihilque credit aut timet piamenti.
At, ô Beate, quamlibet rude hoc nobis,
Tamen monere sufficit fidem; cautè
Agendum, & abstinendum ab improbo catu:
Is est sub irâ, & oppetet statim, sanctâ.
At ire nos procul ruina, detestans
Caput perire cum malis bonum, mandat.
Abimus, ô Triune, abimus extemplo.

X I I. Moriens.

Deus mihi omnia, in Deo unico vivo.
Hic est meæ serena pompa virtutis.
Olivitate pascitur Dei sanctâ,
Deo probata flamini, Patri, Nato

Peren-

Perennitate mens sua pie exultat,
Abhinc videbit ipsa creditum coram,
Beatitate macta Cœlica eternum.
Abram beate, Seminis Pater Serus
Cui bene ante dixit ordinum Mundi
Parens Supremus, in tuo sinu nobis
Parato Sedem, in tuo quiescendum est.
Subacta donec ultima palam fine
Crepabit ista Machina, atque considet.
Ibi parentis in sinum inditus Magni
Choros per astra, per quod regna telluris
In avitate perpeti pios ducam.
Ibi elevatus aera inprimam gressum,
Lyraque dulce consonans melos digna
Benignitati arduum canam Numen,
Vt ipsa turba Cœlitum, meo accentu
Soluta mente, dicta reddat in dictis.
Videre quibo tum meos avos coram,
Parentis atque corpus entheum sancti.
Cui relictus in novennio haud toto
Puer tenellus; usque adhuc verecundo
Nihil sonare ni pium institi plectro.
Deus iuvabit Aura Numinis Sancti.
Quid, ah, sibi iste frivolus Timor poscit?
Quid impiata persido sono Fama?
Alens, Libido, pestilentiam privam,
Sibi rebellis, omnium à Deo, oblita.
Quid inficeta turba cæterum adfectuum,
Ferocis, Ira, nuncia arrogans cædis.
Tremor supinus, Ambitusque Fastusque,
Nitela, Livor, Impudentiæ fulmen,
Amorque Turpis, & Cupido terrenæ?

Abite,

Abite, inepta turba; nil de hinc Iuris
Habere quitis, in Deo quiescendum est.
Renunciatio ista ritè signata est.
Mori necesse sentio; via est Patrum
Mihi quoque ultima illa, ritè calcanda.
Per hanc ad alta semitam pij migrant,
Sinumque Abramicæ quietis adscendunt.
Iuva, ô Supreme, mens quidem velit pollens,
At ægra membra non habent facultatem.
Proin recedo, si quà facta sunt rectè,
Boni Sodalis, ô pij, mementote.
Sinistra si qua, deleat favens Candor,
Mihi ille cultus inter optimè vivos.
Huic volo esse busta nostra mandata.
Sed istud admonere perfidam Vitam
Colentum in orbe liber ipse, legantis
Modo, volo, atque profero bona voce,
Pium fuisse, solum abhinc iuvat: docti
Politulique nomen interit totum.
Quod alta Fama, querquerique Rumoris
Faventia ore dictitavit expanso,
Merus videtur esse fumus in mortem.
Ab igne quippe nascitur coruscanti,
Sed ignis esse, vel tenere Naturam
Micantioris ætheris, negat sese.
Ita orta mente floridâ, rudis Fama,
Volare saltim in alta, non potest luce
Frui rapace, quæ Diis parem exæquat.
Proin cavete, queis cavere concessum est.

XIII. Mors & Minerva.

Decus parare si quis optat à solo
Labore Martis, haud quietis adiungens

Schola-

Scholastica, (ut vocare gestiunt illi
Quibus cruore verba sanguinant cuncta)
Politiem, usibus sinister humanis,
Manu quidem ille promtus, attamen lævâ,
Suum expedire muneris queat pensum.
At ambidexter & laboribus Belli
Suave iunxit otium; & Scholæ pigra
Patris superba iungit arma Mavortis,
Hic interire sorte non potest ulla,
Regum superstat alma Fama ab excessu,
Timet vigoris acrimoniam Morta.
Per ora tale Gallicana MORNAEVS
PHILIPPVS, audit inclutum Dei germen.
Itemque Martis horridum in sinu fulmen.
Per ora tale Teutonum exserit lumen
Manuque fortis, artibusque pacatis,
Serenus auctor. EINSIDELIVS Semo:
Equos per alta tesqua Turcici regni,
Et Africæ, & Natoliæ, & suæ Europæ,
Satis superque Martiam manum exegit.
Eam ille sæpe, tabe lotus hostili,
Vibrans rubentem, in agmine omnium primus
Thracum subegit ingruentium signa.
Licet superbus, inque bella nutritus,
Tyranni servus, impieque Arabs fortis,
Honoris augmen in tropæa concessit.
At ille nunc domi, inque Saxonum cultis.
Quieta Iura dividit sacro civi.
Manusque dextra principis cluit magni,
Misena quem propago, Regium nomen,
Patremque, principemque Patriæ laudat.
Ei inter alta Curiæ gubernacla,

Sacri-

Sacrique nomen ImperI, viro incumbens,
Poetici excidit nitoris haudquaquam
Adulta cura, quin amet pios Vates,
Apollinemque iungat Aulicis divis.
Vt obtinente regna Romula Augusto,
Ethrusca palma, regiumque, Mœcenas,
Genus, fovebat entheum Poetarum,
Beata cuius illa, muneri, triga,
Perennitatis alligata torrenti,
Pelasga, debet orsa sæpè vicisse.
Ita Optimoque Maximoque Christiano
Manu tenente regna Saxonum forti,
Eques vetustus, Einsidelius Semo,
Asylon audit, in quod undique accisis
Sepulta rebus, incitasque ad extremas
Redacta Pallas, effugit truces Ventos
Minasque fluctuum, horridique Neptuni.

XIV. Benefactor.

Vbi egeris quid, alter unde mactetur
Benignitate, perde nosse quod gestum est,
Tria esse scela pro merentium grateis
Bonis feruntur actibus. Statim primi
Repensionis exigunt cita legem,
Superbiente talionis adfectu.
Nihil deinde libero valet dignum
Patrare, si quis abstulit bonum huic factum.
Ad omne nomen, inficetus exactor,
Probro imminente flagitat repensari,
Suum sibi istud officI genus tanti.
SupercilI proinde verbere insultat
Modo hinc modo inde concinens suas laudes.
Vt ipse, provocatus anteà nusquam,

Sibi pepercit, huic ut hoc boni præſtet.
Vt ære ſi aut librâ redemerit ſervum.
At incidente ſi qua copiâ imprudens
Omiſeris : boabit : ô virum ingratum.
Equum olim equiſo qualis attinet fræno,
Ita iſte te tenere volt, capiſtratum.
Heri memento liberæ exſpuunt aures:
Nec eſt bene actum imago quod vibrat ſemper
In ore conferentis, additum ut crimen.
Quia ille, qui tulit, ſibi imputat laudem.
Rudique inane perditur lucrum pompâ.
Id alterum genus pudet quidem audire
Tamen bene-acta, debitoris ut vinclo,
Sua imputabit, & moram licet nectat
Inops Solutor : At procul, vice obſcurâ,
Notabit iſte ſi quid inde ſit Lucro.
Ita abdito parem uſque flagitat voto
Repenſionis aleam : moleſtabit
Scientia hujus, & referre gaudebis
Modo ut, patrator inſolens, bonum ignoret.
Genus deinde tertium eſt, quod exacte
Vocarier meretur, eſtque condignum
Relatione Gratiæ pari facto.
Vbi quid iſtud optimè cui fecit,
Perinde mente perdit, atque non factum.
Abitque digna dignioribus penſans.
O æmulamini hocce; temnite abjectos
Loco è priore, deſides ſui, fucos.
Quibus labore conſtat altero fructus
Rei tenacis, audiunt tamen ſancti,
Sibique nomen adſerunt malè humanum.

XV. Correctio.

Quid invidebis avio suum errorem?
Redire regiam in viam nevult pravus,
Monentiumque dicta temnit abjecta?
Abi, relinque: perperam, facultatis
Tuæ quod haud sit, impetrare conaris.
Ut omne saxum & undiquaque convolvas,
Malum manebit ædium tamen culmen
Nisi ipsa fulcra corrigantur ad normam.

XVI. Histrionia.

Ut in theatra, multiformibus larvis,
Catus polita mittit histrio signa,
Huicque munus expedire commendat
Calore Regio, aureâ induens pallâ,
At alterum jubet referre reginam.
Herile frendet alter, alteri servo
Graves labore præpedit clientelas,
Bubulcitarier jubet virum tardum,
Et ocreis natantis induit crura.
Eques volabit, alterum in pedes sistet,
Ut exigit Poeta, fabulæ monstrant.
Ita universitatis in theatrali
Deus figurâ, huic dat hoc, ei munus
Dat alterum, Omnis attamen rudi nutu
Heri ligatus, inscienter auscultat.
Perennis, I P S E, censor omnium rerum
Modo hinc abire, cedere à loco mandat,
Latere cogit, obsidere magnatum
Fores, obire munus obsecundantis,
Prout suprema poscit arbitri Virtus.
Superba quisquis arma sustines dextrâ
Cave jacentis usquiam pedi insultes.

Redux timore, seque sublevat sensim.
Quid hoc, inepte, Providentiam credis,
Et in tuopte mœstus exsilis damno?
Vbi relicta sensibus via insanis
Deo gerente cuncta, cuncta torquente?
Quod imminet cavere si voles, ora,
Precesque funde, mente te intimâ purga.
Futura si sat utilis tibi res est,
Negocium impetrabis ardidè orando,
Frequente voce. Filialibus votis,
Minus futura ætemne velle pugnando;
Tamen quod est tibi utile exigit Numen,
Deinde præstituta norma fatorum
Perennitatis alligata torrenti.
Necessitas domare si voluntatem
Potest remissam, & impotem sui per se.
Quod evenit tuæ est simul potestatis.
Quia omne quod fit, ut fit, ipse dilaudas.
Tuâ occupatus interim omnis in vitâ,
Satur recedere ut cibi queas mensâ.
Negociorum inane nomen & pravum.
Aperta fallit orsa muneris recti.
Tibi expete, ut decere te putas, cuncta.
Et illa pauca, quæ placere contingit,
Ita excolendo sedulus fove Cultor,
Vt irremissa norma nuspiam impingat.
Rigata nectare, & Favonio fota,
Ager resolvit in bonum, Sata, eventum.
Et horrea alta frugibus replet densis.
Suave mens subacta nectar haurire,
Bonum quid esse, quid malum queat, cernens,
In arce sistit, integreque felix est.

Retroque flexa, conspicata thesauros,
Inepta ridet hinc & inde tortarum
Pericla mentium, & Tenaciæ damna.
Sibi quieta, conscia est sibi recti.
Amara, cruda, falsa dicta de vulgo,
Pili æstimat, cadentis in citum flumen.
Nec huic nocere fama cum ambitu toto,
Nec arma, Rumor, impotentiæ vibrans
Protervus audet. Vnicum Sophi nomen-
Superstes, omne frivolum procul spernit.
O invidenda, si bona ipsa mens noris
Tua, æstimesque regulâ satis iustâ.
Diis propinqua, si quiescere audebis.
Ferma prorsus impedita per vincla,
Abire ubi cupis tuâ editâ à turri.
Opinionis exuas modò textum
Araneæque, gnava rete corrumpas.
Suave, amara quod tegit cutis, cernes.
Tibi nocere Solis eierat fervor,
Rigore dura cedit horrido bruma.
Hera es tibi ipsa, Sortis es faber Cuncta.

VII. Ad Nicium.

Amica flamma, quæ sui modo exhæres,
Id unicum, quod appetebat, amisit,
Recessu in huius, in quo habere fortunam
Et omne prosperum decus videbatur.
Vt orba nocte primulâ viro Sponsa
Relicta mœret, & cor exedit luctu,
Vti Columbus albus, ales integra,
Cubile quando, sancta, perdidit primum.
Negat deinde quippiam voluptatis
Sibi frui sci, in arbore adsidet solâ,

Imaginemque coniugis suæ cœnat
In hac lubido cuncta vertitur sola?
Ita à me eunte Nicio meo, totus
In anteacta dulcium exeo rerum,
Et illa conspicatus ore constanti,
Abire nuspiam potens, quiesco in me.
O, in vetusta tempora arduum exemplum,
Tibi recedo nobilis, merus candor.
Tibi ista pura pectora adsero Soli.
Vbi esse amicus haud tibi amplius quiro,
Ibi nec esse me fatebor omnino.

IX. Preces.

Precari adorsus, istud ante habe pensum,
In omnium venis parentis obtutum.
Deum tueris, ipse te videt coram.
Tibi imputato, dignus ille, qui donet,
At impetrare tu, rogator, indignus.

X. Poëta.

Procul remota, pulcritudinis norma,
Ineptientis à Libidinis cœno.
Deo placere, summa magna summarum est.
Agone in hocce querquero Iuventutis,
Vbi nitela floret oris investis.
Petite mille fraudibus malis, vates,
Eumne, qui furore Bacchico insanus,
Fores ferire Gloriæ tuæ credit,
Moraris? & placere iudicis vulgi
In aure tendis? Impie excas latro
Quieta regna mentis eruens, Fervor.
Et Ira, pestilentiæ gubernaclum.
Deo Poeta se probavit; ingenti
Furore plenus, & fremens in accessum.

Rerun-

Rotunditate circuit suâ cœlos.
Tolutim adacta, carmine igneo, metra,
Sono rapace, dextera haud suâ, vibrans.
Deo nocebit, huic nocere contendens.

XI. Afflictio.

Diu per umbram & extimas notas spectans
Ruentis inquieta facta Fortunæ,
Timoris hospes hactenus, malo ignotus.
Quod esse suspicatus, impetis verbis.
At ecce nunc, Dei iubentis assensu,
Adorta te furore Sors, nimis parco,
Facit videre, quid sit esse mortalem.
O Arbitrix, Triunitas, meæ Vitæ,
O Vnitrinitas meæ arbitrix lucis,
Tibi profunda Mens, tibi egerit esse,
Agitque pro dolore gratias tanto.
Dat hic honoris incluti facultatem.
Supraq; vulgus exeuntem amat flammam.
Id usquequaque peccat omne, & impunè.
Nihilque credit aut timet piamenti.
At, ô Beate, quamlibet rude hoc nobis,
Tamen monere sufficit fidem; cautè
Agendum, & abstinendum ab improbo catu.
Is est sub irâ, & oppetet statim, sanctâ.
At ire nos procul ruina, detestans
Caput perire cum malis bonum, mandat.
Abimus, ô Triune, abimus extemplo.

XII. Moriens.

Deus mihi omnia, in Deo unico vivo.
Hic est meæ serena pompa virtutis.
Olivitate pascitur Dei sanctâ,
Deo probata flamini, Patri, Nato

Peren-

Perennitate mens suapte exultat,
Abhinc videbit ipsa creditum coram,
Beatitate macta Cœlica æternum.
Abram beate, Seminis Pater Servus
Cui bene ante dixit ordium Mundi
Parens Supremus, in tuo sinu nobis
Parato Sedem, in tuo quiescendum est.
Subacta donec ultima palam fine
Crepabit ista Machina, atque tonsidet.
Ibi parentis in sinum inditus Magni
Choros per astra, per quod regna telluris
In ævitate perpeti pios ducam.
Ibi elevatus aera in primam gressum,
Lyraque dulce consonans melos digna
Benignitatis arduum canam Numen,
Vt ipsa turba Cœlitum, meo accentu
Soluta mente, dicta reddat in dictis.
Videre quibo tum meos avos coram,
Parentis atque corpus entheum sancti.
Cui relictus in novennio haud toto
Puer tenellus; usque adhuc verecundo
Nihil sonare ni pium institi plectro.
Dein iuvabit Aura Numinis Sancti.
Quid, ah, sibi iste frivolus Timor poscit?
Quid impiata perfido sono Fama?
Alens, Libido, pestilentiam privam,
Sibi rebellis, omnium à Deo, oblita.
Quid inficeta turba cæterum adfectuum,
Ferocus, Ira, nuncia arrogans cædis.
Tremor supinus, Ambitusque Fastusque,
Nitela, Livor, Impudentiæ fulmen,
Amorque Turpis, & Cupido terrenæ?

Abite, inepta turba; nil de hinc Iuris
Habere quitis, in Deo quiescendum est.
Renunciatio ista rite signata est.
Mori necesse sentio; via est Patrum
Mihi quoque ultima illa, ritè calcanda
Per hanc ad alta semitam pij migrant,
Sinumque Abramicæ quietis adscendunt.
Iuva, ô Supreme, mens quidem velit pollens,
At ægra membra non habent facultatem.
Proin recedo; si quà facta sunt rectè,
Boni Sodalis, ô pij, mementote.
Sinistra si qua; deleat favens Candor,
Mihi ille cultus inter optime vivos.
Hunc volo esse busta nostra mandata.
Sed istud admonere perfidam Vitam
Colentum in orbe liber ipse, legantis
Modo, volo, atque profero bona voce,
Pium fuisse, solum abhinc iuvat: docti
Politulique nomen interit totum.
Quod alta Fama, querquerique Rumores
Faventia ore dictitavit expanso,
Merus videtur esse fumus in mortem.
Ab igne quippe nascitur coruscanti,
Sed ignis esse, vel tenere Naturam
Micantioris ætheris, negat sese.
Ita orta mente florida, rudis Fama,
Volare saltim in alta, non potest luce
Frui rapace, quæ Diis parem exæquat.
Proin cavete, queis cavere concessum est.

XIII. Mors & Minerva.

Decus parare si quis optat à solo
Labore Martis, haud quietis adiungens

Schola-

Scholasticæ, (ut vocare gestiunt illi
Quibus cruore verba sanguinant cuncta)
Politiem, usibis sinister humanis,
Manu quidem ille promtus, attamen lævâ,
Suum expedire muneris queat pensum.
At ambidexter & laboribus Belli
Suave iunxit ocium; & Scholæ pigra
Patris superba iungit arma Mavortis,
Hic interire sorte non potest ulla,
Regum superstat alma Fama ab excessu,
Timet vigoris acrimoniam Morta.
Per ora tale Gallicana MORNAEVS
PHILIPPVS, *audit inclutum Dei germen.*
Itemque Martis horridum in sinu fulmen.
Per ora tale Teutonum exserit lumen
Manuque fortis, artibusque pacatis,
Serenus auctor. EINSIDELIVS *Semo.*
Equos per alta tesqua Turcici regni,
Et Africæ, & Natoliæ, & suæ Europæ,
Satis superque Martiam manum exegit.
Eam ille sæpe, tabe lotus hostili,
Vibrans rubentem, in agmine omnium primus
Thracum subegit ingruentium signa.
Licet superbus, inque bella nutritus,
Tyranni servus, impieque Arabs fortis,
Honoris augmen in tropæa concessit.
At ille nunc domi, inque Saxonum cultis.
Quieta Iura dividit sacro civi.
Manusque dextra principis cluit magni,
Misena quem propago, Regium nomen,
Patremque, principemque Patriæ laudat.
Et inter alta Curiæ gubernacla,

Sacrique nomen ImperI, viro incumbens,
Poetici excidit nitoris haudquaquam
Adulta cura, quîn amet pios Vates,
Apollinemque iungat Aulicis divis.
Vt obtinente regna Romula Augusto,
Ethrusca palma, regiumque, Mœcenas,
Genus, fovebat entheum Poetarum,
Beata cuius illa, muneri, triga,
Perennitatis alligata torrenti,
Pelasga, debet orsa sæpè vicisse.
Ita Optimoque Maximoque Christiano
Manu tenente regna Saxonum forti,
Eques verustus, Einsidelius Semo,
Asylon audit, in quod undique accisis
Sepulta rebus, incitasque ad extremas
Redacta Pallas, effugit truces Ventos
Minasque fluctuum, horridique Neptuni.

XIV. Benefactor.

Vbi egeris quid, alter unde mactetur
Benignitate, perde nosse quod gestum est,
Tria esse scela pro merentium grateis
Bonis feruntur actibus. Statim primi
Repensionis exigunt cita legem,
Superbiente talionis adfectu.
Nihil deinde libero valet dignum
Patrare, si quis abstulit bonum huic factum.
Ad omne nomen, inficetus exactor,
Probro imminente flagitat repensari,
Suum sibi istud officI genus tanti.
SupercilI proinde verbere insultat
Modo hinc modo inde concinens suas laudes.
Vt ipse, provocatus antea nusquam,

 Sibi

XV. Correctio.

Quid invidebis avio suum errorem?
Redire regiam in viam nevult pravus,
Monentiumque dicta temnit abjecta?
Abi, relinque: perperam, facultatis
Tuæ quod haud sit, impetrare conaris.
Vt omne saxum & undiquaque convolvas,
Malum manebit ædium tamen culmen
Nisi ipsa fulcra corrigantur ad normam.

XVI. Histrionia.

Vt in theatra, multiformibus larvis,
Catus polita mittit histrio signa,
Huicque munus expedire commendat
Calore Regio, aureâ induens pallâ,
At alterum jubet referre reginam.
Herile frendet alter, alteri servo
Graves labore præpedit clientelas,
Bubulcitarier jubet virum tardum,
Et ocreis natantis induit crura.
Eques volabit, alterum in pedes sistet,
Vt exigit Poeta, fabulæ monstrant.
Ita universitatis in theatrali
Deus figurâ, huic dat hoc, ei munus
Dat alterum, Omnis attamen rudi nutu
Heri ligatus, insciente auscultat.
Perennis, IPSE, censor omnium rerum
Modo hinc abire, cedere à loco mandat,
Latere cogit, obsidere magnatum
Fores, obire munus obsecundantis,
Prout suprema poscit arbitri Virtus.
Superba quisquis arma sustines dextrâ
Cave jacentis usquiam pedi insultes.

Super te eumque qui negotium curat,
Vtroque maior, elevare sordentem.
Potest, lutoque lauta regna mutare.
Vicissitudinemque condere in certis.
Et illa, fluctare quæ vides, nutu
In unico tubere firma constare.

XVII. Adulator.

Bilinguis ore, bis duplex adulator,
Pecus Chamæleonte nequius diro.
Retrovidente Larva subdola adspectu.
Volans per alta nubium Draco claustra,
Et, ipse cæcus, omnia omnium cernens.
Vt, unde præda ab innocente carpatur,
Queat subire clanculum, dolo incesto.
Prius propè esse non putatur, atque intus
Sedens, per ipsa corda pharmacum exercet.
Nocere nulla bestia hoc potest pacto,
Iuvare cum putatur, ore pallenti
Liquorem in ilia irrigat venenatum.
Probrum orbis, impij luela Plutonis,
Cui ora docta blandiente Seirenum
Iocantur ore, dum, retenta cantando,
Canore præda vincitur, dolis doctis.
Ita audiendo seps mala interit, Lunam
Atracio labore cum supercantat
Anusve Thessala, aut iuvenca de Colcho,
Apertus hostis inclutum eluit nomen.
Dolum removit. ipse fronte compositâ
Docet cavere, flammeum strepens carmen.
Cruore tinguit arma nobili adversa.
Subit latenter optimos adulator,
Malorum in omne pessimum genus crimen.

Latro vocatur exterum virum lædens,
Amica quiſquis ora fallit impurus,
Et alba narrat, atra contegit verba.
Mihi ille parricida dicitur dirus.
Eo at, ſevera moribus piis, ætas
Suo ipſa abivit uſa perperam ſeclo.
Malignus audit, inſciens adulandi.
Bilinguibus ſepulta febris in verbis,
Palam erudita dicitur; merus candor
Stupore mutat; Alma ſimplicis virtus
Vetuſtiore putris ut ſitu, ſordet.
Nec hactenus ſtetit doloſa vis mentis,
In ipſa dia dicta Bacchicum frendet.
Dei, Sophiſta, purus eſt adulator.
Opinione vincere ille quod verum eſt,
Manumque adire diſputat Creatori.
Abominabile, horridum, impium, monſtrum,
Quod, Aggeruntis, ipſa, peſtilens rectrix,
Timet Megæra, & Orcus, exſecrandorum
In omnium vocabulis putat longè
Sorore peius anguicrinis inferni.
Iubente iure ſi quid adminiſtratum eſt,
Quod alba ſecla pro ſacro & pio obſervant,
Inanilinguis arroganſque latrator
Malum ex bono, ex pio impium ſcelus condit.
Vt inſolente gloriam aucupet reti.
Et unus eſſe diſputando cunctorum
Simul magiſter audiat, ſimul victor.
Palæſtra namque Litteræ, haud Scholæ nunc ſunt.

C. BARTHI

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA

EX MERO SCAZONTE.

LIBER IV.

Carmen I. VERA SUPERBIA.

INEBRIATA *sensibus tuis, ætas,*
Iuventa culta, delicata, formosa,
Sororiantis in Lepore tormentum
Venustiore de grege, aureæ formæ.
Amabilemne te esse tute persuades?
Cluere quod sit expetendum, & optandum?
Places, inepta, nempe sic tibi soli,
Nihilque mente non voras, tibi docta.
Enim superba quid sibi ista deposcit,
Decora cassis ambientibus plumis?
Quid aureus comante pilleus collo?
Quid, arte congruente, celsus incessus,
Libraque pensili æstimatus ad normam?
Vbique fervor, aque veste concentus,
Cui videntur ima plaudere & summa
Ad infimum usque Quattuordecim scamna.
Ciclo refuso circuit levi corpus
Arata mille, vestis, abditis rugis,
Superque pictus aureis, nitor, felis
Refert ruboris arma clara Solaris.

Laeuum sinistrum avitus ensis accingit,
Tribitque vel negantis oris obtutum.
Manusque equestre signat annulo nomen.
Et ista corpus omnia obtinet solum.
Quid ingeni capacis aestimas lumen?
Redux per alta regna quod Vetustatis,
In alia pectora abdidit tot exemplis
Refirta Conditoria usibus rerum.
Poetici deinde flumen ardoris,
Bibit cupido Pindi in intimo templo.
Modoque Iuris & boni ambit auctores.
Subesse qui, superbus, omnibus spernit
Herus rei gerendae, & efficax ignis.
Supraque cuncta terrea exiens flamma
Obambulante cominus Deos penna.
Rapacium orbium igneos legens cursus,
Sibi illa credit infima esse cunctorum
Videre donec altius potest quicquam.
In aureis ea ipsa seculis vivit,
Domestico nitore pasta mens Solis.
Patremque temnit esse subditum Lunae.
Sibi recente nata denuò partu.
Sed haec vaciva cuncta; proloquar sanctum.
Puertiae educata, limite à summo
Deum timere Cura, principum princeps.
Fidem haec probante Flamine, erigit, sancto,
Iuventa, luxui, irremissa, debellans.
Fides quidem alta saepè rebus adflicta est
Ab exteris, struente Pessimo fraudes,
At ipse, summus, attinet tamen sartam
Iubetque, quantula illa, rite florere.
Quid entheum tibi inde gaudium dicam?

Meum notavit Ipse Maximus nomen
Sibique destinavit, antequam mundus
Nihil fuit, fuitque Mundus è nilo.
Ea ipsa Certitudo me salutaris .
Adeptum Amoris inclutum, beat, poclum,
In Orbe cuncta, gressibus parum certis,
Modo hinc modo inde fluctuare, non miror.
Quia exsul ipse, patria arduo in cœlo est.
Libidinis, quieta Mens, potestates,
Opinionis omnia, unice calcat.
Decet, deo dicatam, & erutam rebus,
Eas sibi & suis venire servitum
Iubere, quando adire gestiunt contra.
Inane Glorıationibus fulmen,
Secunda Fama quod parit, gravi fuco,
Id esse Virgulam, esse Ludij venti
Leves per alta differentis, ancillam.
Quid, heicne habere, quo superbias, cernis
Iuventus alta, florida, & tumens succo?
Mehercle cerno, vividum viget corpus,
Beata Mentis, in quiete, paupertas
Opes triumfat, atque Regios cultus.
Deus triune, Trinitatis unius,
Et Vnitatis, Vnitrine rex, terna,
Tibi sacro me, & hostium offero acceptam,
Petulca si qua Conterit caro mentem,
Ades supreme, Corpus efferum exstingue,
Vt exsoluta Carceris situ putris
Vt es, videre, pura Mens, Deum possit.

CARMEN. II. Honor.

Honore turba plurima interit magno,
Quiesce tecum: habebis arbitrum dignum

Nihil tibi alta Conscientia ignoscet,
Supina turba, quantacunque, delirat.
Et hoc, quod eminere te facit vulgo,
Nisi esse Victor omnium potes solus,
Merè elevantium arbitrâ iacet lance,
Ubi libebit, ictus ipse descendes.
Eo scelestiore turpior culpâ,
Beatiore quo favore conscensum est.

III. Modestia.

Decor, Modestia, omnis est quidem ætatis,
Tamen iuvenculorum amanda propritim
Vagæ Cupidini, in freto horrido vitæ,
Nisi instar ista sustinet gubernacli,
Misella navis interit suo cursu.

IV. Mutuum.

Acerbitatis ista regula haudquicquam
Potest habere, tute quod facis, factum
Feras ut ipse, Congruentius iuri
Dei nihil, nihil patrabis humano,
Nisi hoc dare alteri ipse quod datum exoptes.

V. Amor-fulgur.

Nitens puella, fulgur igneum forma,
Ocello amante nutibus vibrat doctis.
Salax puellus, impote in Iuventute,
Medullisorba, cæcus, haud cavet tela.
Virile robur ore ridet arguto.
Nihil timendo, tutum ab omnibus vinclis.
Pericla ritè Pulcritudinis captans
Cor intuere: si qua Vulta formosa
Referre mente quiverit, catam adfirma,
Simulque Cypride atque Gratiis cunctis,
Venustiore nobilem magis cultu.

Breve est negocium, avolat citus fulgor,
Inepta pulcritudinis mera palma
Superba Vere, torridâ sub æstate
Iacet sepulta, ne qua mentio auctumni,
Rigentis aut feratur interim bruma.
Et hanc suapte, quam brevissima est, vita
Adulterante peste corripit fucus.
Vt esse cum juvenculam vides pulcram
Anum timere sit necesse deformem.
Tamen reperta natio usque eò imprudens,
Vagantium est, furentiumque Amatorum,
Quibus decore venditur Salus curto,
Avita quando servitute libertas
Iugum, suave delicatulis, mutat.

VI. Mala crescunt.

In altiora mergitur mala humani
Laboris ægra summa, quippe majores
Malam esse jam queruntur, & suis longam
Nepotibus querelam habere tramittunt.
Nefas videmus inde largius nostris
Venire posteris, ita omnia accedunt.
Et aggerata crimina undique excrescunt,
Quod alma ni manus Dei omnipollentis
Datura rebus ultimum omnibus finem,
Sua impotentia interibit hic Mundus.

VII. Fides.

Quod experiris ipse, crede credendum,
Mali probantur aurium fide testes,
Sed hæc, negociis probanda terrenis,
Cave in Dei superna facta dilaxes.
Beati enim, videre cum negant, credunt.

VIII. Di-

VIII. Divitiæ.

Pecuniæ ille maximè modus pulcer
Abire qui nec audet extra Egestatem,
Nec intra obire probra sustinet vulgi.
Egere turpe, noxium est abundare.

IX. Inertia.

Cadant ut acta sine credito fati,
Tuum est obire, agenda ut optimè credis.
Iners propago, sanguinis putrescentis,
Adulat ipsa, dum gerit, suas vires.
Laboris hoc, supersedere cum quibus,
Quid occipis subire? perditè es stultus.
An universa cum, quod est suum, patrent.
Homo, relictus in quiete, torpebis?
An, ut manum in sinu calore delectes
Id esse natus arbitraris, obscœne?
At hoc suave, cætera horrido vultu:
O, invidenda, nempe, sic supinato
Quies futura, si tuo in fimo putres!

X. Mali Sodales.

Malæ Institutionis est malus fructus,
Nefandiore dira fine compensat
Ut abditum omne ducit in diem, Poena.
Sodalitate quid pium mala jungi,
Inebriata turba abusibus rerum,
Petis? mihi istud impetrabis haudquaquam.
Quid ambitu potente vix recessisse,
Ubi redire tam cito velim, prosit?
Tibi Lubido fœda, Bacchus infrænis,
Cupiditatis imperat vafer miles,
In ocio educata, nil facis recti.
Deum nec esse credis; ipse proculco

Opinio-

Opinionis & libidinis sceptra,
Herus mihipte, liber in DEO IESV.
Mihi ista vita sub fide futurorum
Pede irre missa militat satis firmo,
Deo atque Beliali nemo servibit.
Ego vocare te in viam volo rectam,
Redite, Lata semita inferos ducit.
Sed hoc manebit, ut perire vos cerno,
Monentis ipse ridear vice à vobis.
Vocemque fauce criminantium plenâ
Acuta dicta; Fine vos, nimis sero,
Fleatis acta pessimè. Ipse ridendo.
Beatus, inter Angelos, Deo auscultem.
Proinde, ni quid ultimum valet carmen,
Abite, criminumque qui patritorum est
Modum, ferociente mente, complete,
Tamen manebit Israëlis æterno
Gregem favore, Maximus suus pastor.
Ovilibusque præsidebit agnatis
IESVS *auctor; Inque Gratiam sancti*
Recepta mente Flaminis merâ, turba,
Deo dicata, futilem putet Mundus,
Sonabit Abba flammeum, prece accensâ.

XI. Ambitio.

Serenioris obses ætheris flamma
Sibi ipsa bellam, missionis exp:rte
Necessitate, condit, & perit bellis.
Enim iste gloriosus, ignis è Pellâ
Iovis propago, Bacchico prior thyrso,
Aornium, Herculi invium, domans montem
Fretumque mille navibus secans Indum,
Sibi ipse Mundus, esse Terminus non vult.

Ferox,

Ferox, Superbus, igneumque fulgetrum,
Nihil reliquit; Ipse miles armatur
Ad ultimum in se, Iacchicoque tormento
Facem Expeditus, ardet inverecundè.
Clyti tacentis in cadavere æternum
Subactus audit, impotens Alexander.
Boni libido quæpiam est, bonum excedens.
Bonum modo istud arbitreris, omnino,
Furore concitum, esse millibus tantis
Homunculi unius Cupidinem stragem.
Quod ausus antè vix probatur optare,
Adeptus, ultra it, inque Persia Victor
Hydaspium amnem & Indicum fremit Porum,
Nec, iste cum subactus, abstinet Mallis,
Per aviumque solitudinis callem
Fretum protervus horridarum arenarum
Obire certat: Hinc quoque imputat Nereô
Decem ter isse nondum ad incitas annos.
Mare exiisset, Herculisque per saxa
Redisset, Africæ atque pestis Europæ.
Ferox negabat ire principi miles.
Erantque pone fata, vate Chaldæo.

XII. Σκιαμαχία.

Catharma rerum, & ulceris venenati
Malo ex olore purulentus insessor,
Cui omne ludus ultimum scelestorum,
Triparricida, perduellis in Divos.
Amare, teter, horride, impie, insane,
Latro proterve, nævus orbis humani,
Cui culina vendidit fidem totam
Gulæ institor Lupine, transfuga obscure,
Nisi latrando, qua, Canis, te nos nomen.

Cui emta cuncta sola lingua prodegit,
Duplex, inanis, & tribarbaræ mentis.
Ad arbitrantis apta perfidi nutum.
Adulter orbis, atque seculi insessor.
Scelestioris ipse rex gregis, latè
Voracitate vendis atque emis vota.
SupercilI rigente verberans arcu
Tuum ipse crimen, ut perire confessus
Volens ferare, ventriservus obscænus.
Tibi æstimatur omne quod malum est, lucro,
Lucrum esse nil potest, nisi offa cum Iure.
Superna quippe vota, vota terrena,
Tibi exiere pignerata servitum.
Coco locata, tradita in manum Promi.
Quid heic, tuumne nomen ad scelus sentis
Deesse solum? abire te in crucem mando,
Nec ora sancta labe conspuo tanta.
Peri, impiate, Mercimonium stupri,
Tagax Laverna, Parricida furfurum.
Malum omne, nil boni unus expatrans.
Vetusta sic retro ævitas nihil tale
Stupore mentis, & superbia infanda
Tulisse fassa, prodigam mali nostram
Erinnyum furoribus palàm exponit,
Adorsa crimen impium, sacrum ostentum,
Nefasque plebis ultimæ, & retrimentum,
Malum angue pejus & latrantium gente,
Caput, scelestius nec ipse quo vidit
Polo redire quamdiu, Dies, suetus,
Ministra lucis ora cessit in noctem.
Adorsa, dico, bestiam, impiam, insanam,
Palam extulisse, nec pudore confundi.

Quis

Quis esse possit, ore libero saltim,
Boni parentis, educationisque.
Cui molestiæ esse nolit extrema
Lupanar istud, atque sordium tetram
Struem, niter e velle dulcibus dictis?
Et ut vigore quemque nobilem casto
Videt cluere, provolare, ceu muscam,
Virorum in ora, jam recepta cœlesti
Honore prorsus in sacrum ordinem Famæ
Ferat scelesta dextra siqua, contemtis
Diis hominibusque, dira, bacchata est
Senis parentis in cruore defuso.
Sororicida si quis, ora fraterna
Rapace cadit impetu sacri ferri.
Diu, parata in ultione, doctorum
In istud involaret, ordo, dejectum
Caput, suique non capax, scelus, probri,
Perisset, ora dum sua in speclo cernit,
Scelesta, dira, devovenda, detrita,
Cui nec ipse flatus est super purus,
Sed inquinata cuncta, pectus obscœnum
Hiante pulmo de libidine exsuccus.
Iecurque rene, renque pejor omento,
Arata pellis haud senilibus rugis,
Diemque inante calva verticem expugnans,
Teredinique turpe pabulum præbens.
Et universa forma, quam obviam nolis
Habere nocte, qui in diu omen execres.
In ore pallida, haud reperta jejunio.
Sed à Dionâ originem trahens, larva.
Stupore inerte torpor alligat dextram,
Nisi patranda quando crimina accedunt,

Ibi nec

Ibi nec oris occupat ſepulcraleis
Silentÿ ſpecus libido, nec ſuetus
Tenebit ægra, pædor, arma membrorum.
Canis protervus, impÿ appetens dicti,
Tot ora ſolvet, eſſe quot neges crines.
Diu, inquam, in iſtud ultimum retrimentum
Catos tuliſſet impetus, niſi doctos
Timore purulentus alliget fœtor.
Inulta ſed redire ne ſinant Divi
Domum piacla, criminumque concentus,
Adulterando dum cubilia Heroum
Laverna frangit, impiuſque ſubſeſſor,
Procuſque degener, malum ambiens magnum.
Feret quod intulit, modo auctor ultoris
Suo revortat à labore divino,
Is ipſe vindicem exſerens ſui dextram,
Vel intueri adorſus aridas nugas
Procul fugabit; unicuſque conſpectus
Vicem eſt futurus hoſticum refutantis.
Iacebit ægra falſimoniis lingua,
Vti cruore turpis in ſuo porcus.

XIII. Confeſſio.

Iniquitate qui merâ endo conceptus
Nihil queo niſi eſſe iniquus exinde,
Reatuum atque fœtidûm piaclorum.
Inire, quæ ſit, arduam haud queo ſummam,
Ita eſt, neceſſe, prorſus ire turbatum
Mea ob ſceleſta facta, facta periura,
Quibus lavacra conſpui à Deo capta,
Vt eſſet, unde certus eſſem ei, ſignum.
Enim haud placet mihi iſta natio nequam
Quæ, ubi cluere ſentit obſitam ſorde,

Vide-

Videriet cupit mero esse ab obryzo.
Quid, ut recesse non ferar, recedendum
Putabo denuo? anne quod nec necat simplex
Duplex beabit? Obliti, ô, foris, calce,
Araneosa at intus, ô, sepulcreta,
Quid est nitere vestrum? acerba peccata
Ab insciensibusque sapè commissa,
Eo auctitare, quo manent revellenda,
Triplex furoris ista fœda gangrena est.
At universa, (quanta nec mei sensus
Nec ægra pectora attinere per summam
Queunt) piacla, Christe, cuncta deposco
Tibi hac papyro, & esse me reum duco.
Tuum est fatentis esse crimini mitem.
Eumque, per beata flamminis vota
Ab inquinatiore solvere adflatu
Quibus profana cuncta secla conspurcant.

XIV. Vita Beata.

Inanitatis uls pericla mundana
Rapace ductus alitis rotá mentis,
In unico Spei quiesco concentu.
Cui vetusta secula indidem parent,
Beatus unde Patriarcha credendo
Putatus esse justus, & Deo charus.
Fides, recincta candido caput nimbo,
Tenebricosa quam fugit lues Noctis,
Originis secuta propriæ ductum,
Suam ante mundum & astra, conditam cernit
In Ore conditoris, unicam sedem.
Quia ante jacta mœnia ista cœlorum,
Polosque fixo in axe secla volventes,
Iacensque terræ, & obnatans maris pondus,

Fides beata Teſtimonium vitæ
Suæ eſt adepta, quo beare credenteis,
In unitate triplici, Deo poſſet.
Eapſe nos Deus Triunus elegit,
Vt æviterna cœlici orbita accentus
Suos haberet & maneret adſeclas.
Deus triune, ſic meas vias deduc
Vt, iſta qui ſcio, omnia unicè, omninò
Per omne tempus aſſerere ſciam Vitæ.
Vt irruentis hoſticus furor Larvæ
Faceſſat ex re, & orbus exeat Pallor:
Timore nullus horricrine confundar,
Ille probatus, in Deo fide vivam.
Quiete, ſi quid intereſt, ſpacI, educam,
Ad alba calcis, uſque carcere à primo.
Vt hæc peracta pugna cum ſit horrenda
Virens corona verticem meum cingat,
Ab hac fide movere me Poteſtates
Thronique nulli, & oris inverecundi
Tyrannis atra quiverint; nec inceſta
Pecuniæ libido, non Voluptates,
Quibus ſupina ſecla ſerviunt noſtra.

XV. Patria Cœlum.

Severiora cum ſonare me Vulgus
Iuvenculum, vigente flore membrorum,
Opumque copiâ adfluente, conſpexit
Nec ire perditum, impioſque latratus
Levi cachinno abire porrò mandantem,
O, inquit, iſte ephebus ut palam eſt ſtultus!
Bona ingenI vigentis atque fortunæ
Malè huic locata! ſi quis uſibus noſtris
Dare auſit, omnia ut catè adminiſtremus!

Abi ê

Abi, ô inepte, vulgus adspuit vates
Deo dicatus, ipse parvolus Divos.
Nec æqua mundus à Iuvenculo hoc poscit,
Nec hujus ille civis orbis obscœni est,
Vbi esset hujus, æqua postularentur.
Sed ille patriam in suo colit cœlo.

XVI. Preces.

Creator optime, optime ô Pater, vultu
Tuos adire quo queam, nocens, vultus?
Creasti ut unus omnibus mage excultus
Tibi referre gratias queam dignas.
At avio pede ipse pressa majorum.
Supinus erro. devia invia, insector.
Pater mihi esse tute sæpe dixisti,
An uspiam istud ipse credidi dictum?
Vel uspiam, ut fides mihi alma firmaret,
Precatus, obstiti hostis impij sannis?
Deone natus, ut decore me scibam,
In ævitate perbrevi hac, Deo vixi?
Ah ex utroque crimine ipse me, judex
Reusque & actor, impiabilem, damno.
Sed, ô serene criminis mei vindex,
Scelus tibi omne perfidum hocce peccatum est.
Potesne, IESV in innocis latus spectans,
Ibique signa lanceæ videns dira,
Mihi esse durus? omnibus licet nævis
Notatus ora, corpus omne cum mente,
Simul semelque totus impius dicar?
Vbi ergo fratris illa sancta promissa?
Vbi cruoris incluti unda defusa?
Vbi corona sentibus scatens crebris?
Vbi omnis illa longa pompa pœnarum?

Parumne Christus extulisse censetur
Homo Deusque, Mortuus, simul vivus.
Ut impiata regna Mortis evertens
Necem ipse obiret: adderet Deum functis
Homo ut misellus, erutus domo Ditis,
Redire posset in Deo parem vitam?
Sed ipse nunc reducta conspicor flagra,
Videre qui istud adjubes, juva porrò
Cavere crimen: innocenter, hoc quicquid
Viæ deinde restat, ire decursum.

XVII. Impotentia.

Quid istud ergo nominis gerit? nilum
Ut impetrem subire me, nisi ingenti
Simul tremore suggeratur, ABSCEDES?
Memor reduco mentis in sinum augustæ.
Quod ante cunque mi placebat, exesse
Mero a timore disputatur, obscurus
Locum subire torpor occipit flammæ.
Mera entheata dicta, fonte Musæo
In æquor istud acta, more Silani,
Papyrini æquor, inquio, maris magni,
Stupescere, atque tertiata vix verba
Coacta flumen ingredi, exeunt cessim!
Dicata juri & æquitatis ardori,
Triplex catena per vetusta consulta
Revincta, languet insolentibus nodis.
Galenici nihil movere thesauri,
Quit obserata Mentis arduæ templa.
Procul vetusta gens, reposta, librorum,
Manu exarata, fumido situ pollens,
Et Attij & Vegetij & Poetarum.
At incitas redactus ipse Claudianus

Sopore torpet explicantis adstricto.
Boëthiana, Gratiana Commenta,
Afrique comta multivortilis pompa,
Petroniique nuda vestibus, duplo
Venus venusta nuditate tam cultâ.
Maronis ipso Opuscula in sinu exstincta
Prius, venire quam in suam queant vitam,
Sepulcra Matris in locis sibi quærunt.
Manus Suprema; Gentium salus, Christe,
Id estne quod mihi esse perdito in mundo
Videtur? omnia atque maxime, accepta
Fuere si qua pridem, ea occidunt sensim,
Ut hisce liber, impedire consuetis,
Ad astra vostra, Barthius, viam insistam.
Et heic quid est? egere nempe nullius,
Ah Optime, ô sit istud impetratu, sit
Mihi benignum, ut obvium cluit voto.
Fides serena, testimonium Vitæ,
Sui propago, Charitatis exactrix,
Peri, libido frivola, inque humum prona,
Deo redemta corda fas, Dei exemplo,
Nihil prius salute nosse cœlesti.
Parens supreme, Christe, nate supremi,
Et alme, ter quaterque sancte, processor,
Resolve Barthium, atque liberam mentem
Profecta ea unde, siste rursus in cœlum.
Satis superque servijt suis servis,
Et atra regna passus obsitæ Carnis
Labore multo mania extudit vota.
Enim ille si quid ausus in latus dextrum,
Deo probante & adjuvante, moliri
Sua ipse castra milite eruit privo,

Quod ægra mens, labore fœta, procudit,
Per annuum, atque longius, vel hoc, tempus,
In Unius Caro inquieta momenti
Agone rupit, atque prorsus effudit,
Quis has, quis esse non putet sacras clades,
Abominanda, despuenda, calcanda,
Duella dira, quando pestilens Morbus
Eò profectus impotentiæ migrat,
Ut ipse sit rebellis in suum damnum,
Domestico furore totus accensus?
Id ipsa Veritas suo ore testatur,
Sibi ipsa si qua Regna bella succendunt,
Suaque perduellis est manus dextra,
Vigere visa regna, succidunt fundo.
Manus, sororis orba debito adjutu,
Habere nescit unde membra defendat.
Quid ergo agemus? aut agendum omittemus?
Agenda quæ sient scio, sed exactu
Labor refutat, & domesticus Livor.
Et illa prorsus ipse. qui gero, cerno
Mihi esse, non agunda, verum omittenda.
Nihil tamen facessere, ut volo, possum.
Omittere & nihil, quod est omittendum.
O absque missione præliatorem,
Latus meum ipse qui haurio meo ferrô.

C. BAR-

C. BARTHI.

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA.

EX MERO SCAZONTE.

LIBER V.

Carmen I. Forum ad Poëtam.

SOLITIAE ergo Cura, tota postiŋde,
Mihi cavenda, nobilem & sacrum vatem,
Fori crepace subdet horridi adsultu?
Vbi tenella charitas Camœnarum,
Vbi est jocante mollis ore Concentus?
Trium unilingue Gratiarum ubi plectrum?
Suavibusque casta gens Voluptatum.
Sepulta rebus, Vmbra quas fovet dia?
Abibit ergo trina cum suo fratre,
Charis, repulsa flore cantilenarum?
Apollo conticescet? arx Minervalis
Suo orba cive, lacrymis resultabit?
Vbi Iocorum amabilis Chorus? torpet
Leporis ergo comta lingua Milesij?
Vbi ergo vota; vota ritè concepta,
Sacram innocente degere ambitu vitam?
Deo placere hominibus vel invitis.
Vbi nitoris illa conscia exculti,
Per omnium vetusta dogmata auctorum

Profecta lectione, Nobilis Cura?
Quid, ô, futurus ipse, quos Deos sperno?
Et Exsul unde, quo migrare contendo?
Amœnitatis heic meræ nitet fulgor,
Ibi Tonantis ira magna Neptuni,
Per omne jus nefasque turpè bacchatur.
Deorsum adacta proluens fori scripta.
Ut inde rursus elevata cum summis
Pari colantur ambiente fortunâ.
Ibi omnia, ære vendita; emta, præstabunt,
Et eloquens vocatur omnium primus,
Dolisque fraudibusque machinisque atrox.
Sodalitate de mea genus castum,
Sacri Poetæ, amabilis canor Famæ,
Ut ipse, vostri amoris exsul, agresti
Foro, caninus elocutor, oblatrem?
Id impetrare nec Iovis queat præsens,
Vafer nec ejus Argicida subsessor.
Chorusve totus hac trahentium divûm,
Beata turba, rapta futili è vulgo,
Tuo me honore delibutum & excultum,
Nec horror ater, arrogansve vesanæ
Superbiæ sequela comprimat furtim?
Ut ambitu redemtus, ære venumdem
Tot hausta dicta fontibus Vetustatis?
Prius me adaxit horridam in Stygem præceps,
Manu vibrata Vejovis gigantæâ,
Tonitruum atque fulguris sacri Pœna.
Ave, beate pectinis sacri Rector,
Apollini probatus, Ausonum Phœbus,
Maro, vel unus instar omnium vatum.
Horatiam mi favere non nolit

Et eru-

Et eruditio & polities Graja
Leporque trans marinus aurei plectri.
O invidende seculique, Romæque,
Parente nata, palma dia, liberto.
Ave Vmber alme, curribus Dionæis
Columbe juncte, Sanguis Attij, Marce,
Cui omne, si qua Cypris exijt Romá,
Decus fatetur unico una deberi,
Tuo nitore Gotthuique pædores
Et Hunnica interire cogitur pestis:
Terentij, parente nata de Plauto,
Polita Temperantiæ inclutam ad normam,
Ave: Lucretiana, blandiens mirè,
Venus, sed omnis inscia exteri fuci,
Vbi est locuta propriis suis verbis.
Cato Poetæ amabilis favet rerum
Per omne corpus explicata, Natura.
De hinc, Catulle, Passeris sacer luctus,
Tuæque flamma pura Lesbiæ & docta,
Cui nec ipsa puritate LucretI,
Nec Attij Latinitate præstabit,
Tribus dicata palma queis viret Romæ.
Dehinc, superbe virium, ingenI princeps,
Peligne cantor, Hellados vaga victor,
Cui Poeta, quisquis hactenus scripsit,
Fatentur ore, corde sentiunt vinci,
Ab ingenI fluente copiá ditis,
Profunde fons intentis aureum metri,
Tibi ipse factus ex tuo stilo interpres.
Labor referre cæteros nimis longus,
Tibulle culte, comte ab Vmbriá cygne,
Et astricæ dioptra, Manili, sphæra

Cui fuisse non potest decus tantum
Modo dat esse doctor entheus quantum.
Binominis ille doctor inclutus scalâ.
At ore quo ferendus imminens, Grati,
Tuo medenti? in hocce seculo Augusto
Parem Maroni proximumve te dicam?
Minucies laboris, haud nitor, restat.
De hinc proterve Caesarisq; Magniq;
Vtrumq; victor, impotens tui vates.
Tubam sonace voce flammeam inspirans,
Vt attonante debilis sono Lector
Tuos stupescat ad Gradivicos motus.
At, ô, piaculare sit scelus Phaedri
Omittere ora, flore comta nativo.
Mihi quadrigam hic additus facit justam.
Lucretioque & Attio, Catulloque.
Venit deinde Flaccus auctor in partes,
Nec ore nec labore maximis dispar,
Nisi rapace, Parca cruda, demessu
Ratis secare vela tendat expansa
Iter tenentis invium, mari magno.
Quid Arbitrum Leporis oggeram obscæni,
Parem Tripallicis, Petronium, mystis?
Ibericive Martialis ardores?
Sale atque felle, sesamoque conspersos?
Tenebricosa Persii fugit Larva
Casaubona exigente: sed locum servat
Ab eruditione multa adorandum.
Vt ipse nunc Casaubonus tenet regnum
In eruditionis omnibus punctis.
Quid, ô serene, nomini tuo parcam,
Poeta jure qui vocare divinus,

O orbis alma destina, arma Germanûm
Iovi refixa cui sacrum danunt nomen?
Poeta magne, non parabilis quoiquam,
Labore dignus unius tui; excedit
Poli suprema gemma terreos captus.
Suada porrò, nomen ab Iuventute,
Pati piacla turpium nequit morum,
Duelliçoque vecta turbine in fratres.
Papinio sacrata florido, virtus,
Per ora nomen omnis exserit secli.
Tragœdiamque sanguinariam, Annæo
Canore, cantat Ausonis, Sophocleum
Secuta fulmen, Aeschylique torrentes.
Italico fremente Pœna pallescunt
Fidem agmina impiatam, & exeunt retro.
Terentianus hinc venit, novo ritu
Docens notare syllabas sub exemplis.
Subactus auctor, atque litteratorum
Apex supremus: AusonI dehinc durus
Ab Eruditione venditur versus.
Quid omnia illa, porro quæ mihi obsistunt,
Velim expedire nomina horrido cantu?
Mihi politus ad catam satis normam
Corollulam omnis ordo debitam nectet.
Vt omne mi forensium decus rerum
Ab unius redemtione consistat,
Poetam ego tenebo: dura mendicent
Sibi suisque damna hirudines scævæ.
Loquaculisque ranæ hient palam labris:
Placet mihi umbra, jacta monte Permessi,
Sub hac quiescam &, innocens, mihi vivam,
Deorum amator atque amatus à Divis.

Habere

Habere cuncta sic queo, quia omnino
Habere nil cupisco, ni quod exactor
Reposcit usus: omnia altera adspernor.

II. Ad Germanos.

Apex supremus Elegantiæ rerum,
Venusta tota, tota candidô fulgens,
Ad invidi usque pestilentiam, flore.
O Vna gens cui instar omnium Europa est.
Abominata duplicis sonos linguæ,
Pudica, casta, Martis in manu fulmen.
Sed ingenI nitore Pallados germen.
Beata gentium: Auream indita in thecam
Polita gemma; quæ sigilla magnorum
Habere cælitum una præ omnibus digna es.
Duellico furore victa non umquam,
Sed ipsa nomen omne gentium vincens.
Cui alma Roma, verticem inferens astris,
Et orbe major, & capace Naturá,
Sibi Orbis ipsamet, sequestra Naturæ,
Deûm putata Pœnico domus bello.
Cui senatus ex mero fuit rege.
Caput remisit, atque flore dejecta est.
Vt alma quotquot ante subdidit gentes
Deis abusa Roma, sint tibi victæ.
Cui tropæa prorutam indicant Romam.
Quid arma Pacis in sinu canam festa?
Reperta Teutonum illa dia dicuntur,
Quibus loquace littera ære comprensam
Per alta præla repparat Vetustatem.
O invidenda gentibus per Europam,
Per Africamque cæterasque per partes,
O universitatis obtinens regnum,

Nisi

Nisi adderetur unicum malum, cujus
Tibi ipsa es auctor, artifexque delira.
Bibendi avarus ardor, absque restinctu
Libidinis, cui aridum unico guttur
Videtur esse nomine impotens Pœna.
Tibi proinde si cluere Germana
Cupis, Dea, atque cœlitum sacrum germen,
Vel abstine bibendo te dare obscœnis
Furoribus, vel esse crede Germanæ
Nothamque gentis, atque transfugam laudis
Merere quantam ab exteris manu & corde.

III. Poetæ recentes.

Quis æstimetur omnium Poetarum
Mihi recente callidissimus seclo,
Rogare te? quasi ipse sim rogandorum
Ab ordine unus, ipse qui rogator sum.
Tamen negare quod adhuc nihil quivi,
Id unicum negare nunc queam Franco?
Sacra in reperta, turbinesque Musæos,
Poëticumque flumen, & sacrum adflatum
Venire primus omnium potest Cæsar
Iulus ille, cœlitis Nepos SCALÆ.
Poeta verus haud inanium larva
Loquax metrorum, & inficetiæ pompa.
Nec hoc volo ut laboris alteros damnem,
Sed hunc Apollo fecit atque Natura.
Vel ipse Apollinem unus atque Naturam.
Politianus uno & altero libris
Nimis probandus, inque Rustico est dius.
Faernus arma cum polit, Deo plenus,
Apollinaria, additur Vetustati.
Fracastori sonora Siphilis multos

Ab ævi-

Ab ævitate vincit hornâ & antiquâ.
Maronianus, aut Maro ipse, Sincerus.
Is hercle talis, ut pudere non poßit
Suam vocando Gloriam, parem Augusto,
In ipso agone floris aurei, Romani.
Secundus, auctor in facetias doctus,
Mihi æstimatur; ejusque Dusa paucorum.
Mihi & Melissus & Gruterus arrident,
Et entheo furore buccinam lassans
Scoti una palma Buccananus ad Phœbum.
Lotichium Tibullus æstimet fratrem.
Nitore floret Umbri Mantuannode,
Facetiisque cum Lepore, Taubmanus.
Batavus æstimatus aure surrecta
Apollo dives Heinsius, sibi torrens.
Sibi Eruditus, & capax sacri fontis.
Quid attinet ciere nomine intento,
Clutum illum ante cæteros virum, SCALAM?
Quod omnibus labore venditur magno,
Diesque demit, induitque pallorem.
Id iste perficit perinde Ludendo,
Ut artis esse si teneret haud magnæ.
Superstes hisce restat unus; & restit:
Subire quando ab Elegantiâ tantâ
Pudet meum istud, horridum nimis, carmen.
An esse te, ô Poeta Apollinis prisci,
Mihique numen, huncce, quem puto, sentis?
Facem, Insulensis, auream vibrans, Bandi.
Tuorum habere me endo honore cultorum
Sine; ô beate, dignior fiet multus
Tuo Lepore, Gratiáque mirandâ,
Mage ardido tamen mererier cultu

Potest

Potest nec ipse Apollo gratiam vestram.

IV. Convicium.

Hiare turpe ad innocentiæ insultum;
Merentis est pudere; tu tibi consta.
Vt æquore irruente, rursus in priscum
Suum alveum agmen integrum resorbente,
Arena turbat, atque turbidam inscendit,
Abitque rursus, & locum ultimum mutat
Loco priore; sic Libido Rumoris
Vago elevata, disperit vago sparsu.

V. Mons vitæ.

Vbique vive, verticem ut colens montis,
Domum redire non voles, nisi exinde
Gradum potente miseris deorsum actu.
Cacumine at potitus arduo; mentem
Docere perge, quo altius jugum scandes
Eo profundius, necesse, descendas.
Senecta frangit atque deiicit gressus,
Beatus ille qui vigens reversuram
Facit; redire cum necesse sit cunctis.

VI. Securitas.

Iuvenculam osculatus est Epictetus,
Rogabat unus, ecquic hoc novi è Stoâ?
In intima usque corda, dixit, ajebam
Senex, puella, delicata, fastosa.
An efferere cras? negabat hoc scire.

VII. Vulgus.

Tacendo sæpè cogitavi ego mecum.
Quid æstimationis accinat vulgus
Habere pensi in orbe ritè mortales.
Sed ipse quanti haberier sibi quisque
Velit, rogare, nesciuntque curare,
Pudendum id, adepol, negocium visum est. Proin

Proin nihil med æstimare concludo
Quid alter ausit; ipse quod bonum est factu
Vbi egero, inde me æstimabo sim quanti.

VIII. Sors magna.

Stola illa quæ sinu supina prælongo est
Gradum impedire, promovere non quibit
Sed illa quæ, licet minoribus peplis,
Tamen beneapta membra contegit rectè,
Iuvat viantis atque promovet gressum.
Ita usitanda si qua rite Fortuna est
Sit aptiore oportet ambitu induta.
Vt illa quippe longior sit atque usust.
Labor Labore nascitur prius magno.
Viro æstimanda Sors, nec illa possesso.
Ratem ut minuta dirigunt gubernacla,
Ea ipsa, quando transeunt modum, mergunt,
Ita Impeditur Amplitudine infesta
Hians ad ampla, & apta frivolè spernens.

IX. Exitus.

Ab exitu notare, quà cadunt, bardum est
Perula rerum; in abdito Dei Cura:
Quis omnium ejus in sacrarium vênit?
Statuta ConsilI inde sublegens Sancti?
Quod audet, atque devovet stato sini
Homo misellus, inscienter exponens
Agenda fine, seque rebus impendens,
In ipsius redire damna festinat,
Nisi Dei alma Cura restet, invertens.
Tibi ergo, si quid actitabis, observa:
Ita observato: quod vides, Deus, nobis
Modo incipi, probare si potes, macta
Sequente fine, si mihi utile & sanctum est.

Enim,

Enim, inficete, quid tibi malum extundis,
Agendo pertinaciter tuum damnum?
Dupla hæc ferocia, error est triplex stulto,
Vbi nocere sequius potest cœptum.
Luela prima: desipit, secunda, odit:
Supervenit deinde tertia; in damno est.

X. Malum.

Malum est perinde quodque ut æstimas tute,
Malum omne quippe, si Deo tuo credis,
In exitu fit optimum. Bonum æternum est,
Mali caduca natio; venit venti
Abitque turbine: interire non raro
Priusquam origenem instituit: malum absorpsit.

XI. Ebrius.

Canis latrator hoc hero suo carus
Mage æstimatur, & putatur externo,
Vigil minore quo sopore vincitur.
Homo obrigescat, inque sordibus tetris
Dies, supinus, extrahat? volat tempus,
Nec apprehensa summa currit annorum,
Brevis mihi ante vita: prodigam somno?
Sopore quicquid alligor, perit vitæ.
Satis superque desidum tenebrarum est,
Domi cuique: crapulam exige ad corvos.
Triparricida quisquis inclutam Christi
Imaginem endo cantari exuit fundo.
Perit bibendo, non perit sitis, potor.
Eam ille servat integram Stygi æternæ,
Vt ignis ille nuspiam queat nempe
Pati sinistra; dexter occubat Latro,
In helluationibus, Pholus, privis.
Rapina pestis, arrogans sui, cades.

Pudoris orba, falsimonia, & frontis
Deo rebellis ardor in malum carmen.
Ferox libido, Virginalium morum,
Honesti amantis impium & Boni stuprum.
Ibi excitantur omnia, ebriis quando
Sepulta corda nutibus favent hosti.
Malum omne dormit? excitabit ingesta
Amystis omne: nil pudere quit Bacchum.
Amici & hostis in cutem solens ludit.

XII. Respiratio.

Quiete quisquis incubat sequestrata.
Negociis, sibi ipse carnifex purus.
Nec acta sentit, haud agenda procurat.
Deum, labore de suo in dies senos
Palam solutum habet quiete septenus.
Deumne tu quiescere æstimas posse?
Vel à labore non potente, lassari?
Mihi tibique id occinit Canon sanctus.

XIII. Quies laboriosa.

Pugil superbit ille, non tenens multa
Sed usibus probata pauca sub certis.
Tibi, institutor ipse, paucula injunge,
Sed illa disce firmiter. Volans passim
Morata nullibi ales, opprimit sese,
Opus quiete: Comparatum ut est pleris,
Quies Laboris apta nomen ingentis.
Genus doloris est, dolore defungi,
Necessitas laboris addita est nobis,
Cavere nescit, ad quod ardidè adsuevit
Homo protervus. Aestuat quiescendo.

XIV. Exercitatio.

Super negocia orbis acta terreni,

Polorum

Polorum amica, Trinitatis immensæ
Pudica nata, Mentis igneæ flamma.
Pudetne verba sæpè perdere, ejusdem
Teroris, in te, & esse conscium cædis
Tuæ ipsius? Sepulta cum vagis rebus
Inania ista despuis sacramenta
Quibus ligaris, apta cœlitum regno.
An hoc tibi excidisse sæpè commonstras?
Cui est herilis ante cognita in vitâ,
Nec expedit tamen pigens voluntatem
Duplo dolore servus ille mactatur.
In altero quia inscientia est velum,
Ut impedire pendulam queat pœnam.
In hoc Scientia impiata condemnat.
Nocetque Pertinaciæ sua lentor.
Cui data esse multa novit, ab servo
Herus reposcit omnia, & suum fœnus.
In hoc Deus sua omnibus dedit dona
Ut inde singuli omnibus sibi prosint.
At ille qui aptus alteris mage arguta,
Benè illa si locabit, atque prudenter,
Negociatus in lucrum sacri Regis.
In ordines receptus entheæ lucis
Ut alma flamma, perpetim in Deo floret.
Abi ergo sensuum noverca, Rubigo,
Pigrique torpor inficete secessus.
Dei negocia heic gerenda; Magnatem
Polo sacrare Barthium volunt stellam.
Ades, perenne numen, adjuva terram.
Misella si quid ista servitus Terræ
Inertiæ obses, actitare conatur,
Prius movere quam potest, gradum perdit.

Nisi unde jussio inde Copia accedat.
Vt impudica musca, frivolum stridens,
Vapore Solis exeunte, secedit,
Et integram sopore torpet in brumam.
Ita & scelesta natio Orbis humani,
Deo adjuvante nil parumve conatur,
Hyems perennis in malo sedet somno.

XV. Carmen.

Grave istud æstimatur omnibus Carmen,
Mihi esse sed reapse lusus: & Scribo
Semel: petulca natio, si Aristarchi
Mala esse verba disputant, malum metrum,
Eam abstinere rebus integris mando.
Vt ore prodijt rudi, inditur cartæ.
Crisis proterva, Suaviludiûm pompa,
Cui Iuventus effera, atque heri nata,
Reducta rebus impia inijcit verba,
Vt, antequam videre rem queant, censu
Catoniana regula exigat duro.
Eam valere, perperam, volo, argutam,
Eôque abire ubi suum tenet campum,
In arma quippe carminum venustorum,
Quibus coacta servit alma doctrina,
Satis superque judicent catè & doctè.
In altero Poemate ut mihi dicam
Placere dicta; ridear satis bellè,
In hoc placere ni mihi queam soli,
Patrocliana pulpita impleam in Stoâ.
Novena CONSCIENTIA *heic cluit Musa.*
Minerva Mentis, ignis, æmulæ, fulgor,
Apollo Christus, omnia omnibus Christus,
Quod hæc levare si velim extra Aristarchi

Supina regna: Christus omne complebit
Perinde carmen ut superfit haudquicquam,
Nisi istud unicum unice unico nomen,
Cui genu omne Cœlitum inferûm flectit
Nefanda, fanda, casta Natio, incesta:
Homo misellus in mero cui auditu
Habet reposta signa cœlitis vitæ.
Modis ita istud undiquaque perfectis
Placere carmen impetrat suo auctori.
Ei novem modo ingruunt, puello acri,
Biennia, atque serpere occipit, vestit
In ora, picta candicante necquidquam
Ruboris hactenus nitore: Adest ætas:
Epheba tenme dicta; pro viro incede.
Brevis deinde restat orbita annorum:
Vir in juventâ; in aridâ senectute
Quid es futurus? in virilibus factis
Adest senecta: Quoi Deus favet, paucis
Eum à laboro circuli hujus absolvit.
Videt Bonum hinc abire gens malignorum
Et esse durum & impium putat fatum
Quod in vigore vivido exeat mundum.
At ipsius ille, qui redire festinat,
Scit interire traducem esse vivendi.
Ita est Iuventus in mero bono ætatis
Senecta facta sæpe, prospero excessu.
Et absit, ut Dei ipsius manus testis,
Id ægra dictat oppidò tamen scitè
Cuique cantilena pectoris docti.
Quia imminere quod vides, cito subter
Fugis: Timore pascier suo, stultum est,
Corona quem superba flammat in cursum

In illam habere fixa lumina & sensa
Perinde debet, ut cui illa prendenda
In omnibus sit, alma serta, momentis.
Pigrus stupore cursor, igneum Ladam
Sivet tenere, quibat ipse quod, frigus
Nisi impediret in suo sinu tractum.

XVI. Virgo.

Pudica Virgo, fulmen aureæ formæ,
Ab igneo nitore purpuram incendens
Suique flos probatur optimus census.
Amator acer atque nobilis, formam
Decusque prorsus appetit puellare.
Suum relinquit aureæ rudem pallæ,
Nitore captus altero sacri farti.
Ita istud omne, quo nitemus externè,
Et eruditionis & Voluptatis,
(Pie orsum Amore sit tamen Dei sancto.)
Deus placere non negat sibi paullum.
Sed ille prorsus inditum cupit farctum,
Hemonis, atque pectus entheum poscit
In hoc creata cætera, ut juvent vitam.
Dei in timore cuncta sancta censentur.
Sed impetrabile ut siet quod obsecras,
Deo ipsa Corda devovere festina
Gravis luela Castimoniæ vultu
Perinde vendidisse dicta perjura
Deus videre cogitata ceu nolit.
Dolus male acta duplici malo incendit,
Levis notatur error in rudi Culpâ
Enim obvenire disputant Sophi casu;
At in latente falsimoniâ pectus

Patra-

Patratum in alta tollit usque eo crimen,
Ut inde nec revellere audeat Iudex,
Nisi subire, quod meretur, intendat,
Acerba Pœna, cincta tota serpente,
Quatit flagella ponè, Erinnys ut Scena.
Cotidie sibi ipse Crimen in Pœnas
Patrator auget, atque fœneratoru.
Modo atque more Conscientia exactrix
Sibi incubat, peritque, cæca, perdendo.
Eam Caveto, Virgo Nubilis Christo,
Cui monile colla comit auratum
Fides Beata, testimonium Vitæ.
Tibi & caduca & æviterna promissa est
Honore vita nobilis perennanti.
Procos modo hosce, libera impio adfectu
Puella temne, quod videntur Exculti
Ab igne fluctuante lucet indutus.
Manum tagentis urit, ut silens pectus
Tegam calore quo ustulare consueti.
Eo, mehercle, more, quo sata AEetâ
Suam ulta pellicem, Creonticas arces
Corollulâ monilibusque subvertit.
Cavere ab hacce tanta malis exemplo

C. BARTHI

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA.

EX MERO SCAZONTE.

LIBER VI.

Carmen I. VOLUPTAS.

SALAX Libido, querquera febri torrens,
Subire quod Gradivus haud poteſt, patrat.
Manu rapace ferreum exſerens enſem.
Et in duella Victor omnia omnino,
Suavitate victus eſt meretricis.
Sodalitate proditus leoninâ.
Ita Ilium, atque Memnonis nigri turmæ,
Amazonumque quos virilia haud perdunt
Bipennium pericla, fulmine ingentis
Eos faceta ſecla, ſecla Seirenum
Canore linguæ amabili ad necem ducunt.
Fretum pepercit, unda barbara abſceſſit,
Charybdis ipſa, certa navium peſtis,
Et arte & auſibus relicta magnatum,
Nocere quita ne extimo quidem eſt clavo:
Lyram proterva cum quatit meretricem
Puella, cum per æquor ingruit lene
Pede expedita cantica æmulans docto,
Subactus ipſe panè ceſſerat ductor.

Soda-

Sodalis exit, audiando contritus.
Cui pepercit improba improbo Seiren,
Necem venena transigunt ei Circe.
Vlyßeoque, pro sodalibus magnis,
Sues ministrat horridas propinatrix,
Vir abstinebit, ille qui bibet, porcus.
Haram teneto; Servitus Voluptatum
Suilla pestis, in pecus viros mutat.
Cave audias quid, aut suave decantes,
Furore mel latente Ponticum venit.

II. Malus Benefactor.

Benignitate quæ venit tibi à privâ
Reapse vostra deputanda laus tota est,
Sed invenire perfidum est genus, quod, cum
Favorem ab altero expedivit, insanit,
Sibique regna condit, alteri exprobrat
Decus benignitatis, ante mendica.
Huic ted esse debitorem ubi obtinget
Teruncio alligaris ultima vinclus.
Nisi soluta, cum tuo lubet Regi,
Statim soluta res nisi, interis pridem.
Tamen repensa ritè cum tibi est summa.
Supercili ferenda pompa succincti est.
Fuge hæc pericla, sunto pro Chimæris.
Domi expedire si qua, liber. audebis
Domi expedito. Servus es foris, si te
Locata vendit alteri viro, moles
Negociorum; ita esse non potes liber.
Statim redito. Servitutis exhæres,
Manu tagace ne reprendat infestus
Benignitatis auctor, inque nativæ
Serenitatis ora nubilum impingat.

Notata jure multa dicta consultis
Manuque mißionis, atque servorum.
Originesque digerunt ad examen,
Cui V S V S esse librigens potest solus,
Genus benignitatis adde suspectæ,
Cui cupido si qua abire servitum est,
Ei obligator, inicit manum actutum,
Nisi omne nutus antecogitat verbum
Perisse crede, victa tota libertas
Patrima; Nomen unicum è tribus restat

III. Scriptura.

In omnibus, legenda quæ, reservato
Tibi ipse judici, omnibus parens, lancem,
Ea ipsa quippe quæ extudit homo, servant
Fidem usque eo probata, donec humano
Labore rursus improbata, vellantur.
Liber modo iste, (Biblia autum ant librum)
Libræ omne nomen, ortus à Deo, spernit.
Fide est legendus: hanc nisi attulit Lector
Malè eruditus, immò pessimè, vivet.
Vaga, orbe pausa disciplina septeno est,
Ibi legendo judicare te integrum est.
At heic opus remittere omnia, ut nudus
Fide potitus in tuá tibi vivas.
Quod esse si putabis usqueeo doctus
Heri ut beata dicta judices servus,
Operta quæ modo integro fuit melle
Merum putabis esse fel, sacram certam.
Proin caveto judices, Deo crede,
Bene es, Deo linente labra, deceptus.
Fidem Deo imputato: Credidi dictis:
Quid? ipse dixit: ipse nescit audacem

Fide

Fide imperante decipi. Satis dictum est,
Deo suum tingere IPSE, purus à culpâ.
Ita olim in orbe secla factitant puro,
In aureo orbe, Nunc Sophista perjurus
Bonum omne susque deque deputat simplex.
Strophis abuti, & esse lubricum squamis,
Trisulcilingua qualis hydra, Laudatum est.
Ferox Iuventa, pulvere ebria obscuro,
In ora cum profecta publicæ lucis,
Vt ante tal[illegible]ata hercce ludit, & saltat.
Iter quod eligat, Deumque quo ritu
Sibi favere cogat, imputat ludo.
Et inter arma barbari pigens potus
Polos stupescit, inque dia commigrat
Sed antequam dies relapsa corredat
Perit juventa; dein politulis [illegible]
Cutem retecta tendit in Deum [illegible].
Is Euge habebit inclutum, potest si [illegible]
Sacram ambidexter implicare doctr[illegible]
Strophisque compeditæ adesse cum ferro
Phrygis retorta lora ut olim Alexander
Cate impedita, fine perdito in nodis,
Sagacis ensis explicavit impulsu,
Abi impudica m[illegible]a, nil nisi stridor.
Et inter arma poculorum, & exsensos
Sodalitatis impussimæ cætus
T[illegible]ane nomen ex logis patra.
Deo d[illegible]ata vota nos reservamus.
Is, atque Mater, illa prisca & antiqua,
Apostolisque docta, Martyrum multo
Cruore fota, Congregatio sancta,
Docebit, est necesse quod mihi scire.

Iam

Eam invenire non, me hercle, pro spisso est
Patescit ipsa, pura quæ Dei dicta
Ut esse cernit, explicat, sequi intendit,
Catum sophisma, tortileisque concentus
Acuminisque, putidæque doctrinæ,
Iis relinque, queis imagines Divi.
Eos refutat ille, cui placet Mundo
Inepta consecrare calicis scitis.

IV. In Criticos.

Quid, inficeta natio, cies nomen
Ab inquiete judicI vagi motu?
Eône nomine omnia obteges tetra
Quod ipsa, te parente, jactitas nactam?
Tibi ista dicto, quæ secuta sublustreis
Minutias, cacuminumque suprema,
Duella magna syllabis cies curtis.
Et occupante fratre, quod tibi inventum,
Ut acta Mænas impotentia Bacchi
Furis, quatisque Cerbero ora latranti.
Quid insenescis extimæ Vetustati
Ut ejus eloquens ferare cum linguâ?
Sed interim duella moribus priscis
Iniquitate pro lubentiæ, impingis?
Parum est polire verba, si cor exsensum est.
Nitent labella, pectus horridè sordet.
Nec illa damno quæ libris data argutis,
Loquentisque, Tempora, & piis Musis.
Ita utere hisce ne te abusus utatur,
Inane velle consenescere in verbis,
Nec ire rebus additum suum pondus.
Scelesta pompa te putare præ cunctis
Bonum catumque, si tria obsoletorum

Stilo vagante verba poßies plura,
Ibi omne vulgus æstimare pro nilo.
Is eruditus, atque maximi est censu,
Cui placere quæque uti cluunt, poßunt,
Sed ipse displicere qui sibi accredet,
Citra Elegantias nihil suas, ultra
Habere norit omnia omnium omnino.

V. Eloquentia ad Deum.

Quid Eloquentia ad ferociam morbi?
Supina pompa carmen exigit pictum
Vbi medentis est opus manu admotâ.
Anile velle quempiam Dei scriptis
Togam induisse ab Eloquentiâ Mundi.

VI. Nobilitas.

Genus tumescis efferens? avos laudas:
Avus [illegible]honore mactat atque deturbat
Eum ut secutus ipse; tota delirat
Cui patrona gentis iminet, virtus.
Suapte quisque militat sibi lucro.
Adoreosa, nec nego, juvat cera,
Iubetque, desidemque nobilem instigat,
Sed & nocebit & Nepotibus damno
Malo est futura, ni sequentibus sese.
Ea ante lucet apta rite funalem.
Tenebricosa, ni pari ambulet passu,
Nepotis ora fulgor iste traducit.

VII. Ocium.

Simul perire si universa morborum
Quis undiquaque secla fracta festinat.
Eum ocium cavere primitus manda.
Malum Cupido seu dolor tibi importet
Vbi actitabis actitanda, protritum est.

Cupidinis

Cupidinis jacebit arcus enervis
Vbi Ocio carebit, instar actoris.

VIII. Usus.

In ora lucis utile omne ducendum:
Lyræ tacentis orba Gratiis larva est.
Remissus arcus insciens sui teli.
Volans coacta delitere sub clatris
Deinde libera, exit, haud volat quaquam.
Nisi Vsus adsit omnia arbitror nauci.

IX. Opes.

Pecuniosa si cui molè est capsa,
Apollinem Poeta nec vocat, Musas
Pede impio superons obterit latro.
Et audiemus uspiam queri quemquam
Dehinc, jacere prorutas bonas arteis?
Nihil modo æstimatur absque censitu
Lucri: omnia illud optima evorat; lucrum
Nisi creasset, ecquid esset obscæni?
MEVM TVVMQVE proterunt Honestatem
Pecuniæ tyrannis arx Scelestorum est.
Eâ tegente nemo poscit ad Pœnam.
Eâ exigente nemo servat à Pœnâ.

X. Amicitia.

Amore comparabile haud bono quicquam est,
Amor fidelis æreus mihi est murus.
In unitate nil fere unicè constat.
Vbi duo arma conjugant viri fortes.
Vtramque servat alter alteri vitam.
Latus sinister iste dexteri, dexter
Hic istius sinistra corda tutatur.

XI. Patientia.

Ego Smaragdus, ut Smaragdus, incedam,

Suum inquinet loquace fabulâ stercus
Ineptus ille, & iste & alter arrosor.
Palam refuto lege criminatorem,
Loquatur atra, candida ipse conabor.
Sua deinde perditus latro sica
Mea ultione victus, occidet. Nostræ
Suprema summa mox erit Voluptatis
Eum jacere quem meo flatu exegi.
Id invidebit ipse mortuus nobis.

XII. Invidia.

Malorum imago cætera ad suum nutum
Furore fervit: Unicus viris livor
Ab alterius est honore suspensus.
Eô ille crescit auctitante; decrescit
Deorsum agente; prorsus, Umbra, virtutis
Gradum æmulatur, haud sui capax probri.

XIII. Unoculus.

Catus sinistrum ut assolet sagittandi
Subinde lumen ire, dum jacit, clausum.
Ita ista vita, rite si gubernanda est.
Necesse claudat alterum Voluptati
Necesse servet alterum Deæ lumen
Cui dicatur artiumque tutela
Et artium, patre orta quæ Dea est solo.

XIV. Charitas.

Veni vocata sancta Charitas nobis,
Et imbue ista frigida enthea flamma
Rudi sepulta corcula in rogo Vitæ.
Cinis dolosa contegit Voluptateis
Eas movere si manu voles nuda,
Manu redibis ustulatus inscita.
Sophus sibi ipsus hactenus cluit quisque

At

At alma quando Charitatis exactrix
Secuta ponè, flamma dia, vicina est,
Perit sui protervus ardor; accedit
Amore delibuta proximi, virtus.
Eâ docemur esse catenus nostra
Quibus tumemus, ipsa quatenus mandat.
Profusio est nimis supina, congestum
Avara vota sustinere, quo frater
Eget misellus, una vita nobiscum.
Tibi esto parcus, & doma te egestate,
Egente fratre quod profuderis, parces.
Deô reponis, ille rite custodit.

XV. Stoici.

Sophis quis esse mi putetur humanis,
Cui corona laudis ambiat crinem
Quid inde poscis, unde notum habes pridem?
Pedem trahens mihi optimorum Epictetus
Putatur esse plurima optimus causa.
Dein Neronis arbiter, dein Marcus,
Mihi Imperator æstimatur: hinc pauci:
Tribus Sophos ut omnis aggerat secli,
Tribus profata queis modo extuli sensa,
Viri esse tres, videbitur cohors densa
Eos secuta, fæminino in obtutu.

XVI. Avarus.

Avarus esse si quis audit, in solo
Eo scelestus audit esse concentu
Modis ab omnibus: proinde sic cense:
Serena liberalitas mera est virtus.
Avarus helluo impotens sui ipsius
Sibi hostis exit ut numismati parcat.
Deum nec esse credit, aut putat talem.

In auro figura qualis exsculpta est.
Adorat huncce & osculis quatit densis,
Genuque flectit inque murmurat votum.
Diis hominibusque massa præfertur,
Emit talenta, sensuum choros vendit.
Sibi hospes audit, ut suo obses hæredi
Huic Lepôre vita nulla conditur,
Labella rodit ægra putrido dente.
Cane, angue, pejus odit iste virtutes.
Canis sibi ipse, bestia atque proserpens.
Amictus undique aridam cutem ostendit.
Famelici illa muris in modum sordet.
Aluta calceum exit alterum abscissa,
Eam otiosus ille non videt labris.
Sed esse magna damna facta dissertat.
Lamiscus unguem utrumque pollicis curvat,
Lupina quippe nil rapacitas præ ista.
Olus deinde cænat, odit hesternum
Quod unctius videtur, extrahit lucem
In usque tertiam: aque prandio in cænam.
Quod hoc die comedit imputat vitæ
Et inde crastino suum invidet pensum
Futura quando Festa, (crede Natalis
GenIve sacra propriu, hæc colit sola)
Eis pepercit integri fames anni.
Macella cara, cara cuncta piscinis.
Satum esse nollet, imputat Patri vitam,
Cui necesse degere arduo sumtu.
Perit, flagella si arca sæva dilaxat.
Eam deinde pro dracone custodit.
Placenta qualis exeat GenI quæris?
Cirus sub acta lampadis pigræ fæce,

Merum ille fundit, hercle, sed maris rorem.
Superbiora ne qua faceret fortè
Subactus a calore Bacchico dæmon.
Quod hospes ipse si venit comessatum,
Vorat Baratro, nec repl bilis quoquam est.
Tribus diebus inde nil domi gustat,
Suam salivam ab aridis bibit setis,
Saporis illa dum tenet saliti hilum.
Pecus mihi esse grunniensve latransve
Sit, ædepol, lubentius, virum ac talem,
Decebat huncce mole nascier soldâ
Cacare qui nec absque sustinet lucro.

XVII. Triumfus.

Libido fracta, victa vis voluptatum,
Opinionis orbâ lumine, exuta est
Refusa sensuum per intimos, nubes.
Tropæa nostra Christus auctor erexit.
Quiete sanctus accipit sinus molli.
Valere Turbulentiæ impotens cœtus,
Deo recepta vota Barthii migrant,
Videin' statuta signa, signa Victoris?
Ibi est colubra tortileis per anfractus
Sagittilingue virus exserens morti.
Iacet subacta Opinio; abditam nubem
Nihil juvare, me premente, jam certa.
Quid est deinde quod nocere confidat?
Meæ quietis in tyrannidem cedens,
Dehinc beatus esse, dum volo, possum.
Nec irremissa mens, minus volat latè.
Sed intuetur acta cuncta mortalium.
Timoris obses ille fluctuat ponto.
Libidine impudente vincitur creber.

Pe[illegible]

Pependit hisce crebrior, suis votis.
Eum alterumque bilis effera incendit.
Abit, redire quà nequit, furens mucro.
Stat atra ponè, non Megæra, non angueis
Comante vertice exserens, mala Alecto.
Sed alta Conscientiæ lues læsæ,
Flagella vibrat, intonatque cum parmâ.
Stupinus alter incubat suæ Gazæ.
Catena colla cui ambit undique invisa.
Acuta, porrò, crux velut, vel excisa
Die ingruente cui renascitur fibra,
Avis feriere Livor, atque multorum.
Videtur intima eruisse consulta.
Ineptus unde cum furore bacchatur
In alterius & sua ipsemet damna
Nocivus erro; Pestilentiæ flagrum.
Ea omnia arce celsus editâ cerno,
Mihi libido victa dat Voluptatem,
Cui æqua nescit esse cæteri census.
Suavitatis omne nomen excedit
Malum videre, quo carere tu possis.
Nec istiusce gratiâ hoc, quod adfligi
Suave pignus æstimem mihi, quinquam,
Carere, sed quibus malis mihi integrum est,
Quia intueri, ut occidant, nimis pulcrum est.

XVIII. Polymathia.

Pigrum est obire circulum unicum in vitâ
Et artium è grege unicæ Sacramentum
Dedisse futile: Usus in levi pompa est,
Scientiæ teguntur, arbor ut, libro,
Inanitate prælegentium absurda.
Pigens magister, ipse quod scit exponit.

 Relicta

Relicta sæpè digniora, discuntur
Minus probanda, quippe qui docet, nescit.
Polita quando lingua sufficit lectu,
Tibi Magister ipsius esse festina.
Quod addoceris insecute rimando,
Puer minutus ore mollis imberbi,
Vicarios sibi exigit famens denteis.
Is eruditus esse creditur. qui nec
Notata pelle quæ scit, alteri credit.
Nec impudentiæ exit in vagum crimen.
Cui Magister erubescat adstanti,
Licet subactus optimè, Solœcismum.

XIX. Ambitus peccandi.

Logis subinde verberatus obscænis
Mihi medebor: Haud bene acta correctrix
Palam notante dente, Fama, demonstrat,
Sed ambitu placere velle peccandi,
Superstat omne crimen. Arrogans Latro
Ter est rota premente dignior simplô.
Ita invenitur esse comparatum nunc
Sibi aviando quisque cæcus arridet.

XX. Recitatio.

Erat vetustus iste mos Poetarum,
Ubi notata quæpiam, auribus digna.
Habere se putabat, artis extemplo
Suæ vocabat ipse gnarures, vates.
Et in domestico ambulans sinu secum
In ora lucis efferenda, dictabat.
Bonaque voce clamitabat in versus.
Ibi sedebat ordo callidus vatum
Et aure cuncta devorabat exacta.
Quod horridum videbat, absonum, elatum

Pigrum.

Pigrum, rigens, calensve, torridum, arrescens,
Superfluum, nitoris orbum, inexactum
Patri indicabat illico rudis versûs.
Id ille quando displicere cernebat,
Subactiore lance porro pendebat.
Ea unica est reapse caussa, quod prisci
Pari colore cuncta pinxerint vates.
At horna messis, illicet Poetarum,
Ubi extudisse tertiata metrorum
Sibi videtur optime, mera ostenta,
Superbit ore, vix gradum tenet priscum.
Supervenire credit undique examen.
Patroclianus inde pulpiti insessor
Diurna, sæpè nec diurna, prædatur
Mali Canentis, ipse pessimus, dicta.
Et inter illa multa millia & densa
Decem invenire magna res pios versus,
Repente, cæteri, orta turba, caduntur
Repente prorsus, hocque, vate natura,
Boni adsequuntur; haud diu vident lucem.
At acris aure Lucumo satis tersa
Meos subire judicans velit versus.
Licet repente proditos, sacri censius.
Deincipe ipse cuncta lege destringam
Superfluente visa mî æmida excessu.
Supiniora si qua; lima constringat.
Severiora, deus stili omnia eradet.
Id indicator hucce præmii captet
Pari decore posteros mihi accedet.
Sed istud ipsius invicem volet cantum
Polita dicta ne terat cavillando.
Tumore sæpè judicis venit docti

Locum cui esse jura publicum nolunt.
Is allatrando sentiet rudeis versus.

XXI. Diæta.

Quid, aula cum te & aurei colant Reges,
Poeta magne, nobilis cuius vates
Domi manente mug[illegible]r solens alâ
Requiris à tuo cliente Taubmane?
Vetusta regna serv[illegible]t mihi librum,
Specus feroce rite claudo præ famâ.
Mei laboris atque Nobilis cantûs.
Tuum est obire principum domos magnas,
Et hospitem esse de Leporibus gratum.
Mihi latente dulcis ambitu arridet
Quies diurna; nocte d[illegible] t[illegible]râ
Die ingruente solvo vota Ba[illegible]ri,
Dein studere conor [illegible] corp[illegible]lum
Pugilve, equesve, vel levis, premo, saltor.
Deinde prandeo, ambulo, Doctorque
E[illegible] me meum, meûm esse amicorum
Volo parumper; inde claudor in cellam.
Eousque, cœna dum venit Salutaris.
Ibi Lepore fercla condio, ut possum.
Deinde Ludo, deinde cedo dormitum.
Nihil videtur hic habere vivendi
Quod aulicum cupiscere ordinem malit.

XXII. Cautè.

Pugil putatur ille maximi census
Cavere qui potest sequentis insultus,
Simul ferire doctus & tueri se.
Ita esto si quis [illegible] sortis
Minus superba [illegible] obvis restans
Modo hæc caventur, altera imminent hosti.

Ferire semper arduum & nocivum exstat.
Periculosiusque semper exitur.
Cavere qui scit ille rite lædentes
Vicissim adibit impetu, manus, cauto.
Ita institutor exigit Sophus sanctè.
Perinde ut arcus, oppidò ille contentus,
Cito fuisse dicitur, perit ruptû.
Ita omne saxum ad Impotentiam motans
Vt hostem habebit obrutum, cadet victor.

XXIII. Ebrius.

Malè esse ubi videtur antea acceptus
Eo redire denegat, semel læsus.
Negocii quod ipsa imago contenta
Eum ambit usque, nec quiescere exspectat.
In omnibus, sed ebrius tibi solus
Eô redibit, unde læsus abscessit.
Ita evomentis horridos suos ructus 500.
Canis resorbet, esculenta fragmenta.

C. BARTHI EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA.

EX MERO SCAZONTE.

LIBER VII.

Carmen I. Arrogans error.

BEnè errat ille qui fatetur errare,
Propè est medela: pessime ille delinquit
Cui monere sordidum atque servile est.
Mihi negavit arrogantiam cœlum.
Quod esse me videbo id esse me dicam,
Ter ille dirus audit exsecrandusque,
Et ipse qui via patente delirat,
Et, ut monetur, impetit viros sannis,
Ciconiamque de fide implet à tergo.
Palam, pudere mi tui voles, fare,
Bonum celebrat, impium premit Rumor.

II. Opum finis.

Opum ille finis est, habentibus multas,
Repleta non cui arca fertili est nummo,
Sed ille quem beata vita proponit.
Habere multa si cupis, parum est parum,
Licet flagellet arca desides nummos.

III. Felicitas.

Secunda sortis aura rebus appensa est,
Mala ingruente, mens redibit ad cœlum,

Ibique

Ibique numen invenire contendet.
Quod alba semper ut tibi aura responset,
Deum vel esse non putabis omnino,
Vel esse de Deo procul tamen credes.
Inutili merè utilis tibi Pœna est.
Iuvat nociva, Pœna legis emendat.
Eques protervus, quando frena dilaxas,
Volabit avio supinus in campo.
Nec audiet deinde currus aurigam,
Semel, Quadriga, cum suo data est Iuri,
Ferocientis impetus Iuventutis
Severiore, frange, flecte, contentu.
Nihil petulca curat aut potest pulcri
Libido, Iura frangit impotis mentis
Quod omnibus mage impium atque vesanum est
Monentis odit, angue pejus, obtutus.
Et ipsa prima jam cadentium signa,
Gradum tenere non queunt laborantem.
Opem monentis exigunt gravi naso.

IV. Adflictio.

Quid asperi tibi obvenire viventi
Necessitate, non tuo fit exactu,
Deo probatur asperis, Deo dignus,
Pugil brabeia quis referre vel speret
Nisi ante victor ista vita certatur.
Suavitate deterente ceroma
Tuum liquescit, arida effluit pulvis,
Reflante forte, nudus impiæ resta.
Opinio impudica quicquid armorum
Ministrat, exit, ante verbera occumbit.

V. Malorum felicitas.

Probum videre cum datur laborantem

Et omne saxum, in ægritudine obscurâ,
Rero atque sursum agentem in asperâ vitâ.
Malum at mtere, vivere in rosa extentum,
Iocisque pocula impus coronare;
Diemque ductitare de die lætum,
Vt esse Concubinus audiat Sortis.
Nihil cupiscat esse quod datum nolit.
Abundet auro & æstimabili pompâ
Tegat reposta sub sinum impiè facta,
Deique ceu favente, cuncta comburat
Levi æstimatione mortis arguta.
Ita æstimato; filios Deus caros
Amaritudine, & laboris exercet
Subactione; quisquis ut regat quondam
Fit institutus, oppido bonum atque æquum est
Vt ipse noscat &, regula, perpendat.
Ita isti natus olim herilis, in servos
Quod obtinere debet exigit munus,
Probatque, facta ferre dum putant tetra.
Rigore Disciplinæ gaudet in natum,
Vt eruditus omnibus modis fiat.
Iocum libidinemque vernula exercet,
Tenella dum lepore fervit acri ætas.
At illa currit instar apta torrentis
Nive in liquente: vis jocosa brutescit.
Lepore adhuc madusa, more rursus fit
Opus, supinus ut grave efficit fossor.
Vel ad metalla servus abditur Poena.
Abusus ore vel levi suis dictis.

VI. Liberalis Jocus.

Facetus tenere qui modum novit,
Probatur aure Iudicis, licet strictâ,
At ore hiante semper orbus incedens,

Gnatho

Gnatho vocatur atque politum Scurra.
Nitela liberalitatis insita est:
Bonæ æstimationis, eximens claros
Profundit omne cum suo decus Famæ.

VII. Patientia.

Pati putato multa, multa sufferre
Necesse, si quis ante celsa sectatus
Repente castra deserit, quietem aptus.
Eum ille, quisquis adspicit virum emendum,
Supinus ipse, quod bene adspicit factum.
Suum esse reatur exprobratus multum.
Ter inde pejor, & nocentior casto,
Quod, erro, amare semitam nequit rectam.
Nec, hanc premente quopiam, sacro ignoscit
Pedi instituisse quam viam volunt Reges
Eâ necesse credit aulicus pressa
Sibi esse, si quid audet, haud placet Regi.
Calidus acer atque amystis insanus,
Eum angue pejus odit, atque latranti
Cui placere Temperantiam pallet.
Venus proterva castimoniam, stupri
Loco, exsecratur, in libidines diras.
Cui ira pectus efferâ erigit bile,
Amore sanguinarium æstimat dignum.
Cruore verba cui superba non stillant,
Eum vocare consuetus ignavum.

VIII. Jactantia.

Minacibus tumere quem vides magnis,
Et arma quoque detonare momento,
Eum æstimato maxime omnium ignavum.
Cui Gradivus esse tradidit fortem
Is ægra verba temnit, ingruit factis.

Cui

Cui timore pectus aret exsangui,
Potesse rebus haud videns suis quicquam,
Inania instat ire venditum verba,
Notabile illud oppidò puta ostentum,
Lepus vagando fit Leo admodum raro.
Leo in duella forte pectus adservat,
Lepusculus vagator, ante commissa
Citrò, ultrò, oberrat, atque proditur cursu.
Canis latrator omnibus minus mordax.
Strepentis unda vorticis rotans agmen,
Profunda disputatur esse rarenter.

IX. Honesta mors.

Super cruenta filium arma portabant,
Lacana mater ut suum esse rescivit.
Erat reapse, dixit, iste sic n ster
Cui oppetente patria instruit lessum.
Modo Attica antè flevit hoc apis Gryllum.
Sacra instituta jam magister implebat,
Renunciatur esse ab hostibus casum.
Caput corona sola festa discinxit,
Gradus manebat & sacris suis stabat.
Sibi esse quippe cognitum antè, mortalem
Fuisse filium: at quod occidit bellè
Lucrum putare, quisquis est pater doctus.

X. Mors.

Athemensis impius magistratus
Necare Socratem instituit: viro dictum est,
Minis superba concio quibus mortem
Et pararet; Impotentiam! clamat,
Fone nomine Atticos ferocire
Quod expatrare mus araneus possit,
Canisve huic concitus nigrâ? Rectè

Tibi

Tibi fuisse conscius, minas sperne,
Viâ vagante clivus exit obscurus,
Nec una mortis est figura venturæ.
At una sola, quamlibet ferox, mors est.
Eam timebit ille qui minans patrat.

XI. Opportunum dictum.

Iacchico furore miles oppletus,
Mala ingerebat, incluto duci, Pyrrho,
Id altero die coacta pro signis,
Vt imperante Concio tumens, læso.
Timens caterva pipulum fatebatur
Et impetrare flens gemensque tendebat
Atroce pro furore missionem: Vnus
Ibi inter arma protulit caput, clamans.
Patravimus, perinde ceu datum est, crimen,
Et, hercle, turpiora multa diximus,
Nisi lagena noluisset exhausta.
Eô Lepore noxia omnis exstincta est,
Quia ebrium pudebat efferi facti,
Nec ebrium vocare se tamen coram
Frequente concione miles audebat.
Ita & pudore & Inscientiâ sartam
Curem absolutus abstulit domum latro:

XII. Iocus.

Supiniore quod modo extuli versu
Venustiore, si pote; heicce narrabo.
Philippus eloquentiâ tumens quidam,
Nisi loquentia illa dicitur jure
Faventiore, quæ meris logis turget,
Latrare dicitabat endo sermone
Virum eloquentem & Optimum, cui nomen
Canis minutus in Lutacium addebat.

Regessit

Pe[illegible]sit ille, ritè ut est tibi dictum,
Et ipse jactitare semper adsuevi
Ubi videre, quem modò, queo furem.

XIII. Conatus.

Secus cadente fine, sæpe conatus
Vicem m[illegible]tis ex[illegible]: Poetastrum
Malis si[illegible] acta versi[illegible] re excel[illegible],
Honore Sull[illegible] s[illegible] mactat.
Sed hoc n[illegible] nihil Sullæ
Demù[illegible] ca[illegible] [illegible] è gestis.

XIV. Mala Consuetudo.

Mali usus ex[illegible] naturæ,
Nec enim aut re[illegible] sinit sese,
Nisi profunda frangitur simul radix,
Rogante quo[illegible]am esse quis videretur
Malorum in orbe Thessalum omnium victor
Is, inquit ipse Thessalus, cui bellis
Ineducato, adire pax manum tendit,
Latrocinando ja[illegible] sæva natura est
Nisi omnis ordo & institutio emigret,
Homo peribit antequam mali mores.

XV. Institutio ad naturam.

Puellus educatus in sinu magni
Platonis, a docente facta cum pausa est,
Domum redibat: heic patrem suum cernit,
Mero madere fervido, joco ætatem
Suam irrigare, risibusque quassari,
Domi manere noluit rogatorem,
Id audisse nuspiam, vel obtutu
Suo, in Platonis esse pulpito doctum,
Palàm ferebat. Institutio sancta
Paterna sæpe criminum mala emendat.

XVI. Bo-

XVI. Boni Pauci.

Bonorum acerba, floris ante fulgorem,
Perit propago: rara crescit in lucem.
Mali intumescit ubere indolis messe.
Bene ille dixit aulicus satis scurra:
In annulo unico omnium Imperatorum
Bonorum habere nomina integra exscripta.
Docenta cætera efferæ Voluptates
Et illa dira sustulêre servitium.
Hæ ... mundi, & incluti Iovis sanguis,
Sibi fuêre perduellium in censu.
Ita exsecranda Fortis horridæ dextra
Quid ipsa posset absque lege monstravit.
Caput premendo membra dum premit rerum.

XVII. Seculum hoc.

Avita quicquid oppidò bene scita
Sacrum esse more, lege, & ore jusserunt,
Modo, absque fronte, more, lege, mutatum
Eunt, In ventus effera, & ferox scriptor.
Politiæ teruntur omnibus verbum,
Subacta qui vigore corda virtutis
Meræ imbuisse certet, aruit pridem
Et undique ista nunc querela tornatur,
Patrum fuisse barbaram nimis vitam,
Tribarbara ista cum sit & magis tetra.
Fo, hercle, more turpior patrum est vita
Quod hæc polita verba venditat technis.
Illa alia inter, & rudis sonos linguæ,
Diis probata corda ritè vixerunt.
Modo colore virgo Fama fucatur,
Et hospes eruditionis extremus
Palam nitescit impius logis strudens,

Foris

Loc[illegible] cui esse jur[illegible] publicum nolunt.
Is allatrando sentiet rudeis versus.

XXI. Dixta.

Quid,a[illegible] cum te & [illegible] colant Reges,
Poeta magn[illegible],nobilis tu[illegible] vates
Domi manente m[illegible]er solens alâ
Requiris à tuo [illegible]te,T[illegible]bmane?
Vetusta regna serviunt mihi librum,
Sp[illegible]s feroce rite claudo præ famâ.
M[illegible] laboris atque Nobilis cantûs.
T[illegible]n est ol[illegible]re principium domos magnas,
Et hospit[illegible] esse de Lep[illegible]ibus gratum.
Mihi latente dulcis ambitu arridet
Quies diurna; nocte dormio totâ
Die ingruente solvo [illegible] [illegible]deri,
Dein studere conor in[illegible]e corp[illegible]lum
Pugilve. equesve, vel levis, primo, salior.
D[illegible]de prandeo, ambulo, [illegible]ctorque
[illegible] meum, m[illegible]um esse amicorum
[illegible]olo parumper; inde cla[illegible]dor in cellam.
Eousque, cœna dum venit Salutaris.
Ibi Lepore fercla condio,ut possum.
Deinde Ludo,deinde cedo dormitum.
Nihil videtur hic habere vivendi
Quod aulicum cupiscere ordinem malit.

XXII. Cautè.

Pugil putatur ille maximi censûs
C[illegible] qui pot[illegible]t se [illegible]entis insultus,
Sim[illegible]l ferire do[illegible]s & t[illegible]eri se.
I[illegible]a esto, si quis in[illegible]tibus fortis
M[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]is restans.
Modo ha[illegible]caventur, [illegible] [illegible]innuent hosti.

Ferire

Venire semper arduum & nocivum exstat.
Periculosiusque semper exitur.
Cavere qui scit ille rite lædentes
Vicissim adibit impetu, manus, cauto.
Id institutor exigit Sophus sanctè.
Perinde ut arcus, oppidò ille contentus,
Cito fuisse dicitur, perit ruptû.
Ita omne saxum ad Impotentiam motans
Ut hostem habebit obrutum, cadet victor.

XXIII. Ebrius.

Malè esse ubi videtur antea acceptus
Eo redire denegat, semel læsus.
Negocii quod ipsa imago contenta
Eum ambit usque, nec quiescere exspectat.
In omnibus, sed ebrius tibi solus
Eô redibit, unde læsus abscessit.
Ita evomentis horridos suos ructus
Canis resorbet, esculenta fragmenta

C. BARTHI
EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA.
EX MERO SCAZONTE.
LIBER VII.

Carmen I. Arrogans error.

BEnè errat ille qui fatetur errare,
Propè eſt medela: peſſimè ille delinquit
Cui monere ſordidum atque ſervile eſt.
Mihi negavit arrogantiam cœlum.
Quod eſſe me videbo id eſſe me dicam.
Ter ille dirus audit exſecrandusque,
Et ipſe qui via patente delirat,
Et, ut monetur, impetit viros ſannis.
Ciconiamque deſide implet à tergo.
Palam, pudere in tui voles, ſare,
Bonum celebrat, impium premit Rumor.

II. Opum finis.

Opum ille finis eſt, habentibus multas,
Repleta non cui arca fertili eſt nummo,
Sed ille quem beata vita proponit.
Habere multa ſi cupis, parum eſt parti.
Licet flagellet arca deſides nummos

III. Felicitas.

Secunda ſortis aura rebus appenſa eſt.
Mala ingruente, mens redibit ad cœlum,

Ibique numen invenire contendet.
Quod alba semper ut tibi aura respondet,
Deum vel esse non putabis omnino,
Vel esse de Deo procul tamen credes.
Inutili merè utilis tibi Pœna est.
Iuvat nociva, Pœna legis emendat.
Eques protervus, quando frena dilaxas,
Volabit avio supinus in campo.
Nec audiet deinde currus aurigam,
Semel, Quadriga, cum suo data est Iuri,
Ferocientis impetus Iuventutis
Severiore, frange, flecte, contentu.
Nihil petulca curat aut potest pudere
Libido, Iura frangit impotis mentis.
Quod omnibus mage impium atque vesanum est
Monentis odit, angue pejus, obtutus.
Ea ipsa prima jam cadentium signa,
Gradum tenere non queunt laborantem.
Opem monentis exigunt gravi naso.

IV. Adflictio.

Quid asperi tibi obvenire viventi
Necessitate, non tuo fit exactu,
Deo probatur asperis, Deo dignus,
Pugil brabeia quis referre vel speret
Nisi antè victor ista vita certatur.
Suavitate deterente ceroma
Tuum liquescit, arida effluit pulvis,
Reflante sorte, nudus impia resta.
Opinio impudica quicquid armorum
Ministrat, exit, ante verbera occumbit.

V. Malorum felicitas.

Probum videre cum datur laborantem

Et omne saxum, in ægritudine obscurâ,
Rero atque sursum agentem in asperâ vitâ.
Malum at nitere, vivere in rosa extentum,
Iocisque pocula sæpius coronare;
Diemque ducitare de die lætum,
Vt esse Concubinus audiat Sortis.
Nihil cupiscat esse quod datum nolit.
Abundet auro & æstimabili pompâ
Tegat reposta sub sinum impie facta,
Deoque ceu favente, cuncta comburat
Levi æstimatione mentis argutæ.
Ita æstimato; filios Deus caros
Amaritudine, & Laboris exercet
Subactione; quisquis ut regat quondam
Fit institutus, oppido bonum atque æquum est
Vt ipse noscat &, regenda, perpendat.
Ita isti natus olim herilis, in servos
Quod obtinere debet exigit munus,
Probatque facta ferre dum putant tetra.
Rigore Disciplinæ gaudet in natum,
Vt eruditus omnibus modis fiat.
Iocum libidinemque vernula exercet,
Tenella dum lepore fervit acri ætas.
At illa currit instar apta torrentis
Nive in liquente: vis jocosa brutescit.
Lepore adhuc madusa, more rursus hic
Opus, supinus ut grave efficiet fossor.
Vel ad metalla servus abditur Poena.
Abusus ore vel levi suis dictis.

VI. Liberalis Jocus.

Facetiis tenere qui modum novit,
Probatur aure Iudicis, licet strictâ,
At ore hiante semper orbus incedens,

Gnatho

Gnatho vocatur atque pollitum Scurra.
Nitela liberalitatis insertaest
Bonæ æstimationis, exiens claros
Profundit omne cum suo decus Famæ.

VII. Patientia.

Pati putavo multa, multa sufferre
Nosse, si quis ante celsa fata
Repente casu a deserit, quietem aptus.
Ita ille, quisquis adspicit virum emendare,
Supinus ipse, quod bene adspicit factum.
Suum esse retur exprobrantis insultum.
Ter inde pejor, & vocatur casto,
Quod, erro, amare semitam nequit rectam.
Nec, hanc premente quoniam, sacro ignoscit
Pede, institisse quam viam volunt Reges
Eâ necesse credit aulicus pressa
Sibi esse, si quid audet, haud placet Regi.
Cubilus acer atque amystis insana,
Eum angue pejus odit, atque latranti
Cui placere Temperantiam pallet.
Venus proterva castimoniam, stupri
Loco, exsecratur, in libidines diras.
Cui ira pectus efferá erigit bile,
Amore sanguinarium æstimat dignum.
Cruore verba cui superba non stillant,
Eum vocare consuevis ignavum.

VIII. Jactantia.

Minacibus tumere quem vides magnis,
Et arma quoque detonare momento,
Eum æstimato maxime omnium ignavum.
Cui Gradivus esse tradidit fortem
Is ægra verba temnit, ingruit jaculis,

Cui timore pectus aret exsangui,
Potesse rebus haud videns suis quicquam,
Inania instat ire venditum verba,
Notabile illud oppidò puta ostentum,
Lepus vagando fit Leo admodum raro.
Leo in duella forte pectus adservat,
Lepusculus vagator, ante commissa
Citrò, ultrò, oberrat, atque proditur cursu.
Canis latrator omnibus minus mordax.
Strepentis unda vorticis rotans agmen,
Profunda disputatur esse rarenter.

IX. Honesta mors.

Super cruenta filium arma portabant,
Lacæna mater ut suum esse rescivit.
Erat reapse, dixit, iste sic noster.
Cui oppetente patria instruit lessum.
Modo Attica antè flevit hoc apis Gryllum.
Sacra instituta jam magister implebat,
Renunciatur esse ab hostibus cæsum.
Caput corona sola festa discinxit,
Gradus manebat & sacris suis stabat.
Sibi esse quippe cognitum antè, mortalem
Fuisse filium: at quod occidit bellè
Lucrum putare, quisquis est pater doctus.

X. Mors.

Atheniensis impius magistratus
Necare Socratem instituit: viro dictum est,
Minus superba concio quibus mortem
Ei pararet; Impotentiam! clamat,
Eone nomine Atticos ferocire
Quod expatrare mus araneus possit,
Canisve bile concitus nigrâ? Rectè

Tibi fuisse conscius, minas sperne,
Viâ vagante clivus exit obscurus,
Nec una mortis est figura venturæ.
At una sola, quamlibet ferox, mors est.
Eam timebit ille qui minans patrat.

XI. Opportunum dictum.

Bacchico furore miles oppletus,
Mala ingerebat, incluto duci, Pyrrho,
Id altero die coacta pro signis,
Ut imperante Concio tumens, læso.
Timens caterva pipulum fatebatur
Et impetrare flens gemensque tendebat
Atroce pro furore missionem: Unus
Ibi inter arma protulit caput, clamans.
Patravimus, perinde ceu datum est, crimen,
Et, hercle, turpiora multa dixemus,
Nisi lagena noluisset exhausta.
Eô Lepore noxia omnis exstincta est,
Quia ebrium pudebat efferi facti,
Nec ebrium vocare se tamen coram
Frequente concione miles audebat.
Ita & pudore & Inscientiâ sartam
Cutem absolutus abstulit domum latro:

XII. Iocus.

Supiniore quod modo extuli versu
Venustiore, si pote; heicce narrabo.
Philippus eloquentiâ tumens quidam,
Nisi loquentia illa dicitur jure
Faventiore, quæ meris logis turget,
Latrare dictitabat endo sermone
Virum eloquentem & Optimum, cui nomen
Canis minutus in Lutacium addebat

Regessit

Re[illegible]sit ille, ritè id est tibi dictum,
Et [illegible]se [illegible]citare semper adsuevi
Vbi videre, quem modò, queo furem.

XIII. Conatus.

Secus [illegible]de[illegible]te fine, sæp[illegible] conatus
Vicem [illegible] er[illegible]tis extit[illegible]: Poetastrum
Malis [illegible] acta [illegible] retexe[illegible]tem,
Honore Sull[illegible] [illegible]s [illegible] [illegible]actat.
S[illegible] hoc [illegible]; nihil Sullæ
Deinde can[illegible] [illegible] eg[illegible]is.

XIV. Mala Consuetudo.

Mali usus e[illegible] [illegible]la naturæ,
Nec enim aut [illegible] sinit sese,
Nisi profunda frangitur simul radix,
Rogante quopiam es[illegible] quis videretur
Malorum in orbe Thessalum omnium victor
Is, inquit ipse Thessalus, cui bellis
Ineducato, adire pax manum tendit,
Latrocinando fac[illegible] sæva natura est
Nisi omnis ordo & institutio emigret,
Homo peribit ante qu[illegible]m mali mores.

XV. Institutio ad naturam.

Puellus educatus in sinu magni
Platonis, a docente facta cum pausa est,
Domum redibat: heic patrem suum cernit,
Mero madere ferri [illegible] joco ætatem
Suam irrigare, risibusque quassari,
Domi manere noluit rogatorem.
Id audisse nuspiam vel obtutu
Suo, in Platonis esse pulpito doctum,
Palàm ferebat. Institutio sancta
Paterna sæpè criminum mala emendat.

XVI. Bo-

XVI. Boni Pauci.

Bonorum acerba, floris ante fulgorem,
Perit propago: rara crescit in lucem.
Mali intumescit ubere indoles messe.
Bene ille dixit aulicus satis scurra:
In annulo unico omnium Imperatorum
Bonorum habere nomina integra exscripta.
Ducenta cætera efferæ Voluptates
Et Ira dira sustulêre servitum.
Heroque mundi, & incluti Iovis sanguis,
Sibi fuêre perduellium in censu.
Ita exsecranda Fortis horrulæ dextra
Quid ipsa posset absque lege monstravit.
Caput premendo membra dum premit rerum.

XVII. Seculum hoc.

Avita quicquid oppido bene scita
Sacrum esse more, lege, & ore jusserunt,
Modo, absque fronte, more, lege, mutatum
Eunt, Iuventus effera, & ferox scriptor
Politiæ teruntur omnibus verbum,
Subacta qui vigore corda virtutis
Meræ imbuisse certet, aruit pridem
Et undique ista nunc querela tornatur,
Patrum fuisse barbaram nimis vitam,
Tribarbara ista cum sit & magis tetra.
Eo, hercle, more turpior patrum est vita
Quod hæc polita verba venditat technis.
Ibi, alta inter, & rudis sonos linguæ,
Diis probata corda rite vixerunt.
Modo colore virgo Fama fucatur,
Et hospes eruditionis extremus
Palam nitescit impius logis stridens,

Foris

Foris decora queis cutis superducta est
Domi libido comprimit, secans billas.
Relicta Iure frusta cœnat hesterno,
Latusque tecta semihiante centone
In angulus sepulta delitet virtus.
Sacraria irreclusa principum Legum
Terit proterva turba fumivendorum,
Quibus locuta quondam amabilis Pallas,
Modo, ora, Phocide exsulant adulando.
Apollinis Poeta qui clientela est
Tribus redemtus exsulat jugo sacro
Teruncius, bivertice inque Parnasso
Fuisse dicit, atque creditur vulgo,
Supina larva cui vagum extulit ructum.
Arena calce non subacta, sic hæret
Vti poeta Laureatus in versu.
Eos refuto sentioque, queis Laurus
Et eruditio omnis audit & Pallas
Virile robur interit manu Bacchi,
Amystidique servit altus obscœnæ,
Avorum imagine inclutus sacrâ, sanguis.
Gradivus arma, quæ cruoris hostilis
Avere flumen antea ausa Germanis,
Gulâ vomente proluit, natat cassis
Achilleo bibente fæcis hesternæ
Fluit relicta pompa signa per cruda
Inerte quippe, sub domestico tigno,
Sopore vincta, publicè haud potest virtus
Quid actitare, ni quod anteà adsuevit.

XVIII. Nunc-Puella.

Puella quando nunc videnda procedit,
Suæ ipsa pompæ manus esse vespillo

Putatur; Orbe crinis exit extremo,
Polosque tangit celsus ordo baccarum.
Maris rotunda præda, turribus magnis
Caput polire jam occipit puellarum.
Corona deinde flore gemmeo fulgit,
Premitque, bracteata, candidas baccas.
Ibi ipsa margarita vincitur censu,
Colore cærulo exit orbis à vitro,
Et aureo nitore clausus incendit,
Ab aure utraque, sumptibus Nepotinis,
Tribaccus ardet & lapis nitet late,
Virens Smaragdus, aut Iaspis obscurum
Genus putatur. Interim inciens lumen
Patrata in igne gaudia altero ludit
Amator ut petulcus omnia in vultu
Sui invenire signa possit ardoris,
Relata signa ceu papyrino in texto.
Patent deinde colla, pectore expanso,
M[illegible]inque poma, pœne visa, proritant.
Vago stolata circulum explicat ferro
Utrinque vestis, ipsa vix sui pars est.
Venire visa, longule ante præcedit,
Ut esse possit ipsa nunciatricis
Suæ in vicem, sibique pompa venturæ,
Sed ista nunc notata frivolâ pennâ,
Peculiare mi occupant genus metri,
Eô periclitabor a me devinci
Tot impudica possident logis facta.
Nec ipse me nitore non capi dico.
Superfluentis exsecror modi luxum.
Cui placere sordium potest squalor,
Is est eritque sordibus meris dignus.

Polita liberalitatis ad normam
Nihil recusat, omnia accipit, Virgo
Dei timore quæ capi queunt salvo.

XIX. Confessio.

Cupido quicquid inficeta delirat,
Vel extra eamse cogit error ingratus,
Deo fatêre: prima vis subactricis
Libidinis, patrata nolle confessa.
Videt tamen supremus omnia Exscriptor,
Tegas premasve, norma nusquam peccat,
Licet frequente tute more delires.
An hæc, misella, non feratur expulstrix
Mali doloris? ore facta constanti?
Modo fatere, nolle plura te crede,
Ratumque habeto quod semel Deo dictum est,
Remissa cuncta Gratia imputat Christo.
O asperata pessimus modis vita,
Adæ à labore morsibusque deflendis!
Nec hoc quidem impetrare de meâ possum
Mihi salute, velle ut ordiar solum.
Et repugno cui perinde parendum est
Vt ipse si mihi esset arbiter præsens
Deus triunus; hoc parum, ad caput summum:
Deum vocare, nomine integro, haud possum.
Nec invidente mente, ritè complecti
Quod ipse jussit; IPSE nomen IPSIVS,
Iuva IPSE nos jò TRIVNE, pallanteis,
Parum est misellus eger' iste conatus,
Nisi adjuvatur, IPSE quod facis, factum est.
Tua est origo, fonsque, luxque, quod nobis
Bonum excidisse deputatur ingratis.
Quod incipis, Beate, fine mactato,

Lucerna

Lucerna fumigante victa funali
Tibi crigenda non premenda corsponsa est.
Veni, redemtor, impetus juva sanctos.
Veni, redemtor impios doma mores.

XX. Somnus.

Imago mortis ut prementis exstaret
Sopore jussit alligare nocturno
Deus resecta membra, Nobilem Somnum.
Alacritate duplicatur in vitam
Labor, quem didicimus restrice.
Simul videret ut legis caducarum
Imago rerum nesse mortuus vitam.
Quis exputaret, ut minus fiet notum,
Sopore vinctum & artium omnium ignarum,
Redire posse munia ad novæ vitæ?
Supinus iste lectulum opprimit tergo,
Hiatque, semimortuus, modis miris.
Nec artium diurna pompa custodit,
Ruina si male imminebit, exsensum
Caput teretur; ille qui vigil plantâ
Achilleo volabat ocyor dio,
Stupet ligatus, inque compede stertit.
Tamen reversa cum dies levi flammâ
Polum notabit, excitatus irrisor
Sui laboris, enovabitur vitæ.
Imaginesque quirqueras figurarum
Quibus quiete lusit in suâ, ridet.
Nec anteacta flore frangitur rerum
Notata summa, summa crescit in somno
Scientiæque concoquuntur exhaustæ.
Tenere si qua semper, aut diu, tendis
Ea ingruente jam sopore, condisce.

Ubi trabalis ille fixerit clavus,
Manebit irremota vis tuos sensus.
Perula sæpe priva sic mihi feci,
Heri recepta mille carmina exacto
Tenebam in ungue mane, nec reponebam.

XXI. Fœnerator.

Duobus omnis exstat apta præceptis
Propheticæ obsequela legis, & Moschyt.
Amato proximum ut tui ipsius corpus.
Deum colente mente totus amplectens
Eum timore præfer omnibus sancto.
Patrem putato, natus ipse diceris.
Loqui, Deusne debitum ferat cultum,
Locus recepit alter: iste componit
Hemonem hemoni, & inde judicat vitam.
Quis est negocij usquequaque terreni
Ita imperitus, at ne prorsus ignarus,
Cui videre non sit in[illegible]umpridem
Supina, cruda, monstra fæneratorum?
Quibus recepta pridie iduum summa,
Locata frangit alteras pares Idus.
Et in secunda puncta Sole converso
Sua ipsa mater exstitit, parit sese
Pecunia, exsulando crevit in civem.
Ferox, inanis, impij latro census,
Egebat anno ut Irus, omnibus crassis
Modò minatur, ambulator ansatus.
Bono petita pauperum bona obtextu
Hirudo panticem in suum trahit dira.
In hocce fæcis omne nomen urbanæ
Perinde convenire tendit, atque sentinam.
Et Kalendæ in aridis cubant spebus,

Simul rubore Memnonis parens primo
Cacumina alta montium ambit humentum
Perit nisi ante, debitor, fores pulsat.
Cui unguibus superbus iste Lamisci
Togatus vastat ore vultur, obscæno,
Rotare saxa Sisyphi valet ritu
Aquamque Tantali & jecur Promethæum,
Poetæ; cuncta fingere audet insanus
Nefanda, fanda, non potest luem talem.
Enim quid est Chimæra? quid triplex Orci
In ære si putetur hocce, latrator?
Eam retundit unius viri parma:
Canem offa placat: Ora fœneratoris
Tacere posse, id impetrabile est nulli.
Et Herculi quidem, ille sit lacertosus
Licet; noverca victa sit gravi clavâ,
Tamen labore fœnus in duodeno
Habet locator, atque oburget Eurystheus.
Tyrannus omnis exsuli effugi fertur,
Sequi Exsulatum avebit iste corrosor.
Genus deinde nuspiam est mali tantum
Tyrannus ista regnat orbe sub toto.
Ut inquieta sanguisuga suspendit
Ab ulcere ora, donec omnis oppleta est,
Ita impudicus helluo iste portatur,
Eo unico notatus hâcce differre,
Quod iste, quicquid ingeris, vorat pridem
Nec expiare nec replere suspensam.
Famem laborat: exstitit parandorum
Parata caussa, non Pecunia, at census
Sitis, quiete non madet, fugit somnus,
Diu ambulat, misellus, atque centone

Latus nateiſque ſemiamictus extrito;
Hiante donec ore glutiat prædam.
Ubi illa quippe devoraverit hamum
Superbus inſtat omnibus modis captor.
Vorat vorantem, & [illegible]nimet ſcaro præda,
Manus notata ſordet utraque argento,
Odore prodit ægra beſtiam larva.
Eam cavete, proximi quibus Cura eſt.

XXII. πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Levis perinde ceu venit, fugit motus.
Laborioſa dignior magis vita eſt
Quod alta Cura gignit, imputat menti,
Nec exit inde quamlibet velint multi.
Ita exſtat, inter optima, hoc quoque antiquum.
Tenere multa mobilem quidem vulpem
Echinum at una, ſed probata commenta.

XXIII. Futura time.

Futura quiſquis à colore præſenti
Sc[illegible] ſum[illegible]re, doctior cl[illegible]t cunctis.
Cuculus olim, ineptus alis ad prædam,
Aves videbat undiquaque palanteis
Suo pavere, nempe futili adſpectu.
Rogavit ergo, quid ſiet iſtud inſani.
Metus creare tenderet? refert Ceiris:
Quia es futurus, ut docet color, circus.
Sagax futura re notare præſenti
Metus fatetur, atque diſcit ex uſu.

XXIV. Conſtantia.

Bonum tuere, ſi quod aptus, ad finem,
Niſi ille geſta fortiter, coronarit,
Pari nitore poſteri omnia ignorant.
Sub imperantis Adriani erat ſceptro

Vir ipse dignus, inclutum genus, TVRBO.
Vaca[illegible]ne muneris datâ ultro ille
Re[illegible], atque j[illegible]t auream vocem.
Probata cujus, Adriane, sub rege
Adepta testimonium bonum est virtus,
Eum dec[illegible]it in loco mori stantem.

XXV. Modestia.

Rudis Poeta Claudisyllabi versus,
Placere posse pauculis bonis optat.
S[illegible]ad esse si putent nimis magnum
Fa[illegible]re pro, audientiam cupit solam.
Quod olli inepta denegat mora aetatis,
Ge[illegible] rependet, arbitror, favor quondam.
Satis est pium esse, si eruditio nomen
Re[illegible]rri quibit inter inclutos vates
Mihi, deinde qui imminent, favent annì
V[illegible] quando nomen ore vestito,
Morebor, apparatus esto rumori
Per ora dignus ire casta; nam obscana
Nihil morabor: Vt modo caper foetens
Meam assilire nititur Iuventutem,
Sed est ei usui reposita [illegible] furca,
Triceps, obusta, cum manubrio longo,
Eam deinde sentiet caper foetens.
Caproque junctus ille congregis morbus.
Modo ora nostra sint modestia arcana
Subacta lege; deinde robur accedet,
Virilitatis, ut calore maturo
Gravem refutet ipsa bestiam annorum
Quis, docere promta. Nunc magis disco;
Tibi sed istud, impudice subsultor,
Palam indicare debui; cave exinde

Puer pudicus abs odoribus tetris
Tibi inquiner: Vel, hactenus puer, porro
Virum videbis; ipse cum chalybs pronum
Trahet per alta regna nobilis Famæ.
Ibi tuo ipse de futuro pendebis.

XXVI. Beneficium.

Bene ipse facta, dum facis, puta oblita,
Bene at recepta mente contine æternum.

XXVII. Voluptas, Sapientia.

Die exeunte Luna luce mendicâ
Nitet: cadente sic Sopho Voluptates.

XXVIII. Adulari.

Metalla malo destinatus e terrâ
Revellere ungue, quam cuiquam adulari.

XXIX. Merus Poeta.

Poeta delicatus absque concentu
Sophi, cinædus est volatilis famæ.

XXX. Sapiens Poeta.

Sophus, deinde qui Poeta post Stoam est,
Smaragdus cudo circulo aureo lucet.

XXXI. Puella docta.

Puella docta litteras, chalybs candens,
Et, erudita rite, ritè quæ inscita est.

XXXII. Vates abortiens.

Malum omen esse mula fertur enixa,
Secundum ab hoc abortiens alit vates.

XXXIII. Eruditio.

Quid Eruditio? orbi[illegible] senex: rari
Farent perinde mille ut impii captant.

XXXIV. Critica.

Quid horna Crisis? ingenI boni febris,
Mage impudica, quo calentior flagrat.

XXXV.

XXXV. Bonus Poeta.

Pudica raro si qua virgo formosa est, 500.
Bonus Poeta Suaviludium est morum.

XXXVI. Sophista.

Sophista tintinabulum sui est busti.
Eo refertur unde prosilit larva.

XXXVII. Gloriatio.

Iners libido verba rebus obtrudit,
Timenda maximè illa, quæ nocet furto.

XXXVIII. Gloria.

Secunda Fama desidis viri Seiren.
Citra acta velle gloriarier, vanum est.

XXXIX. Magistratus.

Quid, æstimator optime, est magistratus?
Gradu superba pyramis, carens umbrá.

XL. Libri. Militia.

Libri Culina Gloriæ, piper vitæ,
Gradivus est meridiantium somnus.

XLI. Amor.

Amor pudicus est Serenitas Phœbi,
Et ara labra, thuris osculum mica est.

XLII. Juventa Famæ.

Iuventus, absque Dædalo involans Famam,
Acervus est cati columbus Archytæ.

XLIII. Poeta Gnatho.

Gnatho Poeta, falsa carmina includens,
Ad [illegible] verum renunciat Fabro Martem.

XLIV. Philautus.

Philautus, atque facta priva decantans,
Labris loquenda clune prodit exploso.

XLV. Minax.

Minæ impotentis, unda frigida ad corpus.

Cito interire.quod cito exstitit,debet.

XLVI. Disertus.

Disertus,a que consonante doctrinâ,
Nitet cadmio,mox resolvitur; mox est

XLVII. Stoicus.

Lapis Deusve Porticu exit auditor,
Ibi eruditus,est mihi lapis deus.

C. BARTHI

EPIDORPIDUM DE SAPIENTIA.

EX MERO SCAZONTE.

LIBER VIII.

qui &

BIBLIOTHECA.

I. Homerus.

ITa intueris omnia, ô videns cæce,
Vt ipse multa visa nolit interpres.

II. Hesiodus.

Tripos dicatus illi Musico cætui,
In hocce vate tertium pedem servat.

III. Theocritus.

Inexplicatum acumen in rudi cannâ
Abhorret urbe,rure doctius multò.

IV. Nonnus.

De venire proximus mage haudquaquam

Tales

Vales, perire, dum mihi esse vis, debes.

V. Apollonius.

Gravis Poeta, doctus, integer, velox,
Ineptus ergo cur tibi vocor, S C A L A ?

VI. Theognis.

Ab aureo relicta seculo Musa,
Ibi ut canebat hic Poeta succentat.

VII. Phocylides.

Vel ille Christianus audiat vates,
Deo vel esse in Ethnicis potest Dignus.

VIII. Pythagoras.

Femur bis orto ei aureum fuit prisco,
Sed ille linguam aptus aureeam Euforbus.

IX. Musæus.

Nô placebat ire præmio in præceps,
Puella Sesta, quod resuscitat Musa.

X. Dionysius.

Smaragdus Africæ atque Iaspis Europæ,
Pagina in unicâ integrum polit mundum.

XI. Aratus.

Aratus orbis inscius, canit Mundum
Musa hic favente est reperta Naturæ.

XII. Coluthus.

Venus duobus hisce sæpe conspecta est,
Poetæ amabili, atque adultero, Ledæ.

XIII. Tryphiodorus.

Nucis putamen abdidit sacrum Vatem,
Puta fuisse parvulum hunc Homerillum.

XIV. Calaber

Iuvat modo hocce multa te reliquisse,
Homere, Homerus omnia alter explevit.

XV. Op-

XV. Oppianus.

Minervæ ocellus Oppianus & Crista est.
Suavitate singularis & comtu.

XVI. Nicander.

Apollinis propheta duplicis victor
Medens, Poeta, sit probatus utrimque.

XVII. Sophocles.

Homerus est Iambicus Sophoclææ
Nitor Tragœdiæ, est lacertus & Nervus.

XVIII. Euripides.

Parum æquus iste fœminis erat; caussa
Habet domi in Tragœdiâ Deas omneis.

XIX. Æschylus.

Superbus, altilinguis, efferus, fortis,
Tragœdiæ iste Nonnus ebrio est versu.

XX. Callimachus.

Poeta solus instar omnium posset
Habere, fata ni superbiæ restent.

XXI. Moschus.

Locutus iste mulsa quod modo Moschum
Vocant, odore supprimit saporato.

XXII. Bion.

Prioris est Bion pari modo altellus
Et implicata Gratiæ Charis saltat.

XXIII. Anthologia.

Bona & mala heicce secla florum, abundanti
Manu obseruntur & leguntur incautè.

XXIV. Philes.

Mihi meisque versibus nocet seclum,
Placet venusta Barbaro, Charis, saltu.

XXV. Pisides.

Pie eruditus, erudituIè castus,

Georgius

Georgius superbit, efferens fastum.

XXVI. Pindarus.

Diespiter cui ante fulmina addebat,
Ea est olore avis potente mutata.

XXVII. Anacreon.

Volans minuta Pindari insidet caudam
Ubi ille languet, ista celsius tendit.

XXVIII. Apollinarius.

Stilum improbato, Apollinarium lauda,
Coronidivitem secutus Henricum.

XXIX. Aristophanes.

Nihil pudebit histrioniam puram,
Iocis fruetur hisce Musa, cum pota est.

XXX. Orpheus.

Ita occinente motus Orpheo quondam
Lapis, reapse nil fuit, nisi saxum.

XXXI. Orpheus alter.

Amabilem huncce traducem lapillorum
Manu, Smaragdinum ut solet, gerit Cleio.

XXXII. Lycophron.

Ut orba mente fata virgo Cassandra,
Eo poeta more cantat obscurus.

XXXIII. Sibyllina.

Imago casta virginum Sibyllarum est,
Videtur ista sapius catullire.

XXXIV. Synesius.

Synesii probato syllabas vatis,
Deo placere si cupis, cadunt Musæ.

XXXV. Nazianzenus.

Tibi ipse dixit orsa tam pia Christus,
Vel inter angelos canenda tu scribis.

XXXVI.

XXXVI. Tzetzes.

Poeta, si quis alter, iste dicatur,
Modo augeatur ut liber, nihil vanum est.

XXXVII. Marcianus περιηγητής.

Meum architectus iste carminis claudi
Recepit aure nomen, haud librum inspexit.

XXXVIII. Homerocentra.

Homerus iste Christianus invitè c[illegible],
Suas hiante fere prodigum versu.

XXXIX. Lucretius.

Lucretius politus h[illegible]rio pollet,
Potest docere quae ipse credidit numquam.

XL. Plautus.

Venus Iove orta Plautus esto Tarpejo,
Licentiosus atque verna Musarum.

XLI. Terentius.

Minerva vel Diana censibus dus
Terentius, movere si latus posset.

XLII. Virgilius.

Ocellus est Apollinis Maro, nulli
Videtur ipse cominus, videt cuncta.

XLIII. Lucanus.

Equus superbus & ferox Iuventute,
Apollini sororibusque Lucanus.

XLIV. Catullus.

Catullus esto pusio tuus, Phoebe,
Et negare nil queas, velis multa.

XLV. Manilius.

Manilii astra nocte comparo hibernâ,
Nitent quidem illa, micitant tamen saepè.

XLVI. Tibullus.

Ut ebria absque veste Cypris incedit,

Eam locutus est Tibullus in morem.

XLVII. Propertius.

Propertiana Gratia est ferox saltus
Eô Diona tibiam exprimit gressu.

XLVIII. Gratius.

Manus sinistra Gratius-fluit Phœbi,
Invisu operta, non suapte naturâ.

XLIX. Ovidius.

Ol r subactus in tuum, Venus, currum,
Vel resolutus iste te tamen stipat.

L. Statius.

Poetica inter astra Pegasus velox
Papinius, volare doctus, haud stare.

LI. Valerius Flaccus.

Valerius Poetico hortulo Aurora est,
Madore roris, at brevi, rigat culta.

LII. Persius.

Ut a liquore potus Hippocreneo
Dat erudita, Persius, sed obscura.

LIII. Juvenalis.

Iove ut nitente sæpe fulminat cœlum,
Ita eloquente Iunius fremit Sullo.

LIV. Horatius.

Latro jocosus, omnia audet auditus,
Timore ludet, adjuvabit horrore.

LV. Phœdrus.

Rosa alba Musici vocabitur serti,
Ruboris orba, Phædrus, ante aprum Martem.

LVI. Germanicus.

Amabilis Poeta, Martius miles,
Mihi videris esse cassis ex auro.

LVII.

LVII. Pedo.

Periisse me Iuvare Critici dicunt,
Ego superstes omnibus tamen vivo.

LVIII. Martialis.

Nihil pudore Martialis abjecto
Nequit, pudore pauca pulcra cum salvo.

LIX. Seneca.

Tibi Euripidis Aeschylique consusu
Dabo tenere, quamlibet gravi, cinnum.

LX. Silius.

Nihil Maronis ore Silius possum
Sed ore multa Silii Maro possum.

LXI. Severus.

Severus iste, si mihi fides, quidem
Maronaster, aut is in Iuventute.

LXII. Columella.

Reapse Veris iste Iunius ventus,
Eo hortulus rigatur, apta sufflante.

LXIII. Claudianus.

Cadente Sole Vesperugo Claudianus,
Ab occidente Gratior venit Romà.

LXIV. Ausonius.

Vt, unda quos necabit, ultimum apparent
Suprà undam, ita iste seculo ultimo Magnus.

LXV. Calpurnius.

Nimis me hercle, si quidem hoc nocet, simplex
Tibi vidère rusticando, Calpurni.

LXVI. Nemesianus.

Nihil licere qui sibi volet, numquam
Afrum putato: Pauca tu: Maro Afrorum es.

LXVII. A. Sabinus.

Sabinus umbra dictitanda Nasonis,

Sed

Sed umbra migrat ista sæpè Nasonem.

LXVIII. Sulpicia.

Phaemis ista, Sappho pura Romana,
Timet, proinde celsa pauca, Leucaten.

LXIX. Prudentius.

Favere nulla Musa quita Clementi est,
Sed ipse cantat, inter Angelos, Christus.

LXX. Poetæ Christiani.

Ibi unda turbida, at bene est salutaris,
Ubi Alcimus, Iuvencus, atque Aratores.

LXXI. Alcimus Avitus.

Pura est nitela Christiana sermonis;
Gotho invidente Avitus hancce defendit.

LXXII. Victor.

Acumine iste & eruditione stat,
Suumque seculum ingerit tuo, Roma.

LXXIII. Prosper.

Lucretius docendo Prosper; instructos
Monendo, proximus tibi, alme Prudenti.

LXXIV. Juvencus, Arator.

Tenere aratra dignior viro taurus.
Iugo Iuvencus obdit hic Aratorem.

LXXV. Sedulius.

Sedulio canente mira miracla,
Apollo quantus est super Gotho, arridet.

LXXVI. Paulinus.

Duplex cupido, sed potentia hic simplex.
Ubi insciente se canit, placet vates.

LXXVII. Terentianus.

Ionicantis artifex, facit vatem
Docendo, lectitando perficit factam.

LXXVIII. Serenus.

Vadum iste limpidum haud profundum habet, verum
Iubet medela clare Apollinem fari.

LXXIX. Dionysius Cato.

Cato ille dixit, iste dicta descripsit,
Pari est uterque dignus ambitu censor.

LXXX. Boethus.

Ita omnibus Severus iste fulgebat,
Vti & Poeta dignus esset Augusto.

LXXXI. Capella.

Ferox, petulca, quæ dat ipsa corrodit,
O esset ex Afrâ ista si mihi Galla.

LXXXII. Avienus.

Volat per alta remige ista sublustri
Avis, suprema pompa Apollinis docti.

LXXXIII. Rutilius.

Semel refulsit in Rutilio Phœbus,
Dein volebat optima, impetrat pauca.

LXXXIV. Sidonius.

Imago Claudiana, sæpe Claudiano
Imago certat arctior. semel lasca.

LXXXV. Simposius.

Regente festa frigore ima Saturni,
Semel revixit, haud diu, Iocus vixit.

LXXXVI. Gunterus.

Equi volantis est decus tamen cauda,
Ita iste, Apolline insidente, Gunterus.

LXXXVII. Saxo.

Adoptat huncce Phœbus, ultimum natum,
Sed ingenI vigore nobilem in multis.

LXXXVIII. Græci Patres.

Ab aureo ore præfero omnibus dictum,

Referre

Referre metra sæva cæteros nolunt.

LXXXIX. Clementis ἰναγνώσεις.

Noli me putare qui librum hunc habes, Lector,
Prius vidisse Eusebi libros mando.

XC. Ignatii Epist.

Apostolis ut ævitate cognati,
Ita ore, Epistolas collenthei Ignati.

XCI. Clemens Alexand.

Vt eruditionis arbiter sacræ,
Profana sic recludit abdita, & damnat.

XCII. Damascenus.

Oleus aromate insito sacris libris,
Vocatur hortus aureus, Damascenus.

XCIII. Iustinus Martyr.

Tryphon beate, tale, qui, tuo scriptum
Mihi parare Martyris, pote errore es.

XCIV. Athenagoras.

Hyperbatis superbus omnibus dictis
Deo fatetur esse se virum dignum.

XCV. Tatianus.

Habe ista dicta, nugivenda vis Graium.
Rapit malè apta rite sacra Chaldæus.

XCVI. Theophylactus

Theophylactus unde dicitur scriptor
Aperta qui sacra omnia extulit vulgo?

XCVII.

Cyrillus, Isidorus, Eusebi scripta,
Originesque, Celsus, atque Nyssenus,

XCVIII.

Et ore Regio & vocabulo mactus,
Negant subire carminis gradum nostri.

XV. Oppianus.

Minervæ ocellus Oppianus & Crista est.
Suavitate singularis & comtu.

XVI. Nicander.

Apollinis propheta duplicis victor
Medens, Poeta, sat probatus utrimque.

XVII. Sophocles.

Homerus est Iambicus Sophoclææ
Nitor Tragœdiæ, est lacertus & Nervus.

XVIII. Euripides.

Parum æquus iste fœminis erat; caussa
Habet domi in Tragœdiâ Deas omneis.

XIX. Æschylus.

Superbus, altilinguis, efferus, fortis,
Tragœdiæ iste Nonnus ebrio est versu.

XX. Callimachus.

Poeta solus instar omnium posset
Habere, fata ni superbiæ resistent.

XXI. Moschus.

Locutus iste mulsa, quod modo Moschum
Vocant, odore supprimit saporato.

XXII. Bion.

Prioris est Bion pari modo altellus
Et implicata Gratiæ Charis saltat.

XXIII. Anthologia.

Bona & mala heicce sila florum, abundanti
Manu obseruntur & leguntur incautè.

XXIV. Philes.

Mihi meisque versibus nocet seclum,
Placet venusta Barbaro, Charis, saltu.

XXV. Pisides.

Pie eruditus, erudituIe castus,

Georgius superbit, efferens fastum.

XXVI. Pindarus.

Diespiter cui ante fulmina addebat,
Ea est olore avis potente mutata.

XXVII. Anacreon.

Volans minuta Pindari insidet caudam
Vbi ille languet, ista celsius tendit.

XXVIII. Apollinarius.

Stilum improbato, Apollinarium lauda,
Corondivitem secutus Henricum.

XXIX. Aristophanes.

Nihil pudebit histrioniam puram,
Iocis fruetur hisce Musa, cum pota est.

XXX. Orpheus.

Ita occinente motus Orpheo quondam
Lapis, reapse nil fuit, nisi saxum.

XXXI. Orpheus alter.

Amabilem huncce traducem lapillorum
Manu, Smaragdinum ut solet, gerit Cleio.

XXXII. Lycophron.

Vt orba mente fata virgo Cassandra,
Eo poeta more cantat obscurus.

XXXIII. Sibyllina.

Imago casta virginum Sibyllarum est,
Videtur ista saepius catullire.

XXXIV. Synesius.

Synesii probato syllabas vatis,
Deo placere si cupis, cadunt Musae.

XXXV. Nazianzenus.

Tibi ipse dixit orsa tam pia Christus,
Vel inter angelos canenda tu scribis.

XXXVI. Tzetzes.

Poeta, si quis alter, iste dicatur,
Modo augeatur ut liber, nihil vanum est.

XXXVII. Marcianus περιηγητής.

Meum architectus iste carminis claudit
Recepit aure nomen, haud librum inspexit.

XXXVIII. Homerocentra.

Homerus iste Christianus invite[illegible],
Suas hiante sæpe prodigit versu.

XXXIX. Lucretius.

Lucretius politus h[illegible]rio pollet,
Potest docere quæ ipse credidit numquam.

XL. Plautus.

Venus Iove orta Plautus esto Tarpejo,
Licentiosus atque verna Musarum.

XLI. Terentius.

Minerva vel Diana c[illegible]sibus dius
Terentius, [illegible] vere si latus posset.

XLII. Vergilius.

Ocellus est Apollinis Maro, nulli
Videtur ipse communis, videt cuncta.

XLIII. Lucanus.

Equus superbus & ferox Iuventute,
Apollini sororibusque Lucanus.

XLIV. Catullus.

Catullus esto pusio tuus, Phœbe,
Et negare nil queas, velis multa.

XLV. Manilius.

Manilii astra nocte comparo hibernâ,
Nitent quidem illa, micitant tamen sæpè.

XLVI. Tibullus.

Ut ebria absque veste Cypris incedit,

Lum

Eam locutus est Tibullus in morem.

XLVII. Propertius.

Propertiana Gratia est ferox saltus
Eô Diona tibiam exprimit gressu.

XLVIII. Gratius.

Manus sinistra Gratius eluit Phœbi,
Iussu operta, non suapte naturâ.

XLIX. Ovidius.

Olor subactus in tuum, Venus, currum,
Vel exsolutus iste te tamen stipat.

L. Statius.

Poetica inter astra Pegasus velox
Papinius, volare doctus, haud stare.

LI. Valerius Flaccus.

Valerius Poetico hortulo Aurora est,
Madore roris, at brevi, rigat culta.

LII. Persius.

Ut a liquore potus Hippocreneo
Dat erudita, Persius, sed obscura

LIII. Juvenalis.

Iove ut nitente sæpe fulminat cœlum,
Ita eloquente Iunius fremit Sillo.

LIV. Horatius.

Latro jocosus, omnia audet auditus,
Timore laedet, adjuvabit herrore.

LV. Phœdrus.

Rosa alba Musici vocabitur serti,
Ruboris orba, Phædrus, antè aprum Martem.

LVI. Germanicus.

Amabilis Poeta, Martius miles,
Mihi videris esse cassis ex auro.

LVII.

LVII. Pedo.

Periisse me Iuvare Critici dicunt,
Ego superstes omnibus tamen vivo.

LVIII. Martialis.

Nihil pudore Martialis abjecto
Nequit, pudore pauca pulcra cum salvo.

LIX. Seneca.

Tibi Euripidis Aeschylique confusu
Dabo tenere, quamlibet gravi, cinnum.

LX. Silius.

Nihil Maronis ore Silius possum
Sed ore multa Silii Maro possum.

LXI. Severus.

Severus iste, si mihi fides, quidem
Maroniaster, aut is in Iuventute.

LXII. Columella.

Reapse Veris iste Iunius ventus,
Eo hortulus rigatur, apta sufflante.

LXIII. Claudianus.

Cadente Sole Vesperugo Claudianus,
Ab occidente Gratior venit Româ.

LXIV. Ausonius.

Vt, unda quos necabit, ultimum apparent
Suprà undam, ita iste seculo ultimo Magnus.

LXV. Calpurnius.

Nimis me hercle, si quidem hoc nocet, simplex
Tibi videre rusticando, Calpurni.

LXVI. Nemesianus.

Nihil licere qui sibi volet, numquam
Afrum putato: Pauca tu: Maro Afrorum es.

LXVII. A. Sabinus.

Sabinus umbra dictitanda Nasonis,

Sed umbra migrat ista sæpè Nasonem.

LXVIII. Sulpicia.

Phaemis ista, Sappho pura Romana,
Timet, proinde celsa pauca, Leucaten.

LXIX. Prudentius.

Favere nulla Musa quita Clementi est,
Sed ipse cantat, inter Angelos, Christus.

LXX. Poetæ Christiani.

Ibi unda turbida, at bene est salutaris,
Ubi Alcimus, Iuvencus, atque Aratores.

LXXI. Alcimus Avitus.

Pura est tutela Christiana sermonis;
Gotho invidente Avitus hancce defendit.

LXXII. Victor.

Acumine iste & eruditione stat,
Suumque seculum ingerit tuo, Roma.

LXXIII. Prosper.

Lucretius docendo Prosper; instructos
Monendo, proximus tibi, alme Prudenti.

LXXIV. Juvencus, Arator.

Tenere aratra dignior viro taurus.
Iugo Iuvencus obdit hic Aratorem.

LXXV. Sedulius.

Sedulio canente mira miracla,
Apollo quantus est super Gotho, arridet.

LXXVI. Paulinus.

Duplex cupido, sed potentia hic simplex.
Ubi insciente se canit, placet vates.

LXXVII. Terentianus.

Ionicantus artifex, facit vatem
Docendo, lectitando perficit factum.

LXXVIII. Serenus.

Vadum iste limpidum haud profundum habet, verum
Iubet medela clare Apollinem fari.

LXXIX. Dionysius Cato.

Cato ille dixit, iste dicta descripsit,
Pari est uterque dignus ambitu censor.

LXXX. Boethus.

Ita omnibus Severus iste fulgebat,
Vti & Poeta dignus esset Augusto.

LXXXI. Capella.

Ferox, petulca, quæ dat ipsa corrodit,
O esset ex Afra ista si mihi Galla.

LXXXII. Avienus.

Volat per alta remige ista sublustri
Avis, suprema pompa Apollinis docti.

LXXXIII. Rutilius.

Semel refulsit in Rutillio Phœbus,
Dein volebat optuma, impetrat pauca.

LXXXIV. Sidonius.

Imago Claudiana, sæpe Claudiano
Imago certat arctior. semel lasca.

LXXXV. Simposius.

Regente festa frigere ima Saturni,
Semel revixit, haud diu, Iocus vixit.

LXXXVI. Gunterus.

Equi volantis est decus tamen caudâ,
Ita iste, Apolline insidente, Gunterus.

LXXXVII. Saxo.

Adoptat huncce Phœbus, ultimum natum,
Sed ingenI vigore nobilem in multis.

LXXXVIII. Græci Patres.

Ab aureo ore præfero omnibus dictum,

Referre

Referre metra sæva cæteros nolunt.

LXXXIX. Clementis ἀναγνώσεις.

Nothum putare qui librum hunc habes, Lector.
Prius vide, e Eusebî libros mando.

XC. Ignatii Epist.

Apostolis ut ævitate cognati,
Ita ore, Epistolas colliquenthet Ignatî.

XCI. Clemens Alexand.

Vt eruditionis arbiter sacræ,
Profana sic recludit abdita, & damnat.

XCII. Damascenus.

Oleus aromate insito sacris libris,
Vocatur hortus aureus, Damascenus.

XCIII. Justinus Martyr.

Tryphon beate, tale, qui, tuo scriptum
Mihi parare Martyris, pote errore es.

XCIV. Athenagoras.

Hyperbatis superbus, omnibus dictis
Deo fatetur esse se virum dignum.

XCV. Tatianus.

Habe ista dicta, nugivenda vis Graiûm.
Rapit malè apta rite sacra Chaldæus.

XCVI. Theophylactus

Theophylactus unde dicitur scriptor
Aperta qui sacra omnia extulit vulgo?

XCVII.

Cyrillus, Isidorus, Eusebî scripta,
Originesque, Celsus, atque Nyssenus,

XCVIII.

Et ore Regio & vocabulo mactus,
Negant subire carminis gradum nostri.

XCIX.

Quid actitare Cæteros putas, quorum
Nec ipsa nomina asper accipit versus?

C. Hermenopulus.

Profunda Iuris æquora unico ex haustu
Tibi propinat iste Græciæ Cajus.

CII. Βασιλικῶν libri.

Ab his profecta sæpè ritè Pandectis
Medela constet, hi nisi parum constent.

CIII. Theophilus.

Latina si quis Instituta non discis,
Remota cuncta pandet iste consultus.

CIV. Leges Rusticæ Justin.

Parum fuisse Cæsarem putas cultum?
At heicce rusticatur optimè in leges.

CV. Galenus.

Medentium iste Iudicando vis summa,
Iatricotatosque IudicI princeps.

CVI. Hippocrates.

Imago viva, viva regula Hygeiæ,
Medens adoptat illam, et ipse adoptatur.

CVII.

Quid Actuarium, Aetium, Aphrodisæum,
Nemesiumque, Trallianum Alexandrum,

CVIII.

Dioscorinque, Herophilumque, commenter,
Myrepsum, Oribasique fertilem thecam,

CIX.

Philotheum, Theophilum, Damascenum
Aretæumque, cæterosque curanteis?

CX.

Vt ipse nomina impio in metro frango,

Ita

Ita hi queunt vicißitudinem implere,

CXI.

Meâ salute nempe peßime acceptâ.
Vt ipse porro finibus meis mantem.

CXII. Plato.

Subire quivit, haud redire homo quibit
Ab arce rerum, ubi est Plato polus mundi.

CXIII. Aristoteles.

Secundus à Platone, quid canam plura?
Duos habere mundus haud potest Soles.

CXIV. Euclides.

Arena parva cui figurat immensum,
Quid ingenI putabis? est Deus parvus.

CXV. Ptolemæus.

Dei sinistra, dextra dum facit cælos,
Fuisset iste, si fuisset in mundo.

CXVI. Trismegistus.

Deum tuendo perdit omnia humana,
Cui ille tam propè usitatur advecto.

CXVII. Xenophon.

Apis loquendo, rem gerendo Alexander,
Bis est beatus, & facit legenteis se.

CXVIII. Sextus Pyrrhonius.

Eò ambigendo certitudinis ventum est,
Vt iste nil sciendo doctus exsistat.

CXIX. Laertius.

Simul tenere cuncta, quæ Sophi sciscunt,
Sophus pote unus: iste, dum docet, duplex.

CXX. Epictetus.

Citra hunc stetisse dicitur, sapit quicquid,
Abivit ipse trans Deos, Deum ad verum.

CXXI. Antoninus.

Quid, ô beate, te feram, ni Epictetum?
Bene imperantis inditum manu sceptrum.

CXXII. Lucianus.

Quid inde restat ad Sophum merum Come?
Sapit proinde, si quis apta ridebit.

CXXIII. Plutarchus.

Secute te maloque carmine Stoam;
Satis superque docta res Sophomastix.

CXXIV. Themistius.

In aureâ Themistius sedens sellâ
Nihil nisi aurea orsa dictat infecta.

CXXV. Simplicius.

Manu tenere si voles Epictetum
Habebit iste pollicis vicem scriptor.

CXXVI. Hierocles.

Sacer Sacri iste Carminis sacro vates
Colatur ore: dia cuncta: nil terra.

CXXVII. Maximus Tyrius.

Platonis uxor esto Maximus, cultu
Superbit elegante, nobili mente.

CXXVIII. Jamblichus.

Supercili rigore dum Plato natat,
Suum iste dogma carpit, atque conjectat.

CXXIX. Plotinus.

Plotiniana sorbet Enneas quicquid
Platonianus ante termio ructat.

CXXX. Eunapius.

Petulcilinguis, auricornis est taurus
Arenam ut ille, ita iste dogmata inspergit.

CXXXI. Porphyrius.

Quid abstinere conditis juvat rebus

Cui

Cui creator ore manditur crudo?

CXXXII. Alcinous.

Ut Archimedis in vitro stetit cœlum,
Ita heic papyro in unica Plato immensus.

CXXXIII. Ocellus.

Ocellus, invidendo rebus occasum,
Sibi minatur, & cadit suo ferro.

CXXXIV. Cebes.

Cebetis orbis est imago vivendi,
Speclumque quo polire nos decet vitam.

CXXXV. Theophrasti Char.

Colore vultu pictor omnia effingit,
Imago morum in hisce pingitur chartis.

CXXXVI. Æneas Gazæus.

Reversum ab inferis virum iste conspexit,
Suapte nempe lectione; sic scribit.

CXXXVII. Nemesius.

Nemesius parens vocetur humanus,
Eo enotante quisque quid siet discit.

CXXXVIII. Proclus

Caret Platone parte maximâ, Procli
Cui abnegata lectio, vel illecta est.

CXXXIX. Scholastici.

Scholasticos referre dispudet porcos,
Porcos volebam, at illud obegerit turba.

CXL.

Olympidorus & Philopponus docti,
Et Ammoni orsa, cæteros negat versus.

CXLI.

Damascium Themistiumque, pugnaceis
Scholasticaque cæteros notæ Patres.

CXLII. Herodotus.

Poetapulchistorem huncce dictabis,
Serenus ora,mellilinguis est Scriptor.

CXLIII. Thucydides.

Loqui Latina non potest Orollides,
Nisi Diona calceo minus grata est.

CXLIV. Xenophon.

Loqui minuta Xenophonte de magno
Nimis, mehercle, fit silentium enorme.

CXLV. Polybius.

Parum est, juvare ni queas, catè scribi.
In hocce regnat usus historis docti.

CXLVI. Arrianus.

Vt æstimas ted, æstimaris à vulgo,
Ita Arrianus historum est Alexander.

CXLVII. Diodorus.

Bona orbis est sepulta pars suo auctore,
Revivere orsa cum hoc caput rogum vicit.

CXLVIII. Josephus.

Quid, Appio proterve, origines nostræ
Tibi videntur? an deinde mussabis?

CXLIX. Dionysius.

Fide hujus esse nil potest magis certum,
Vt Eloquentiâque & arte dicendi.

CL. Appianus.

Legas, monebo, cautior vagum auctorem,
Clepit subinde versa dicta majorum.

CLI. Plutarchus.

Sine interire cæteros, tene hunc solum,
In uno habere mille sic puta libros.

CLII. Dio.

Dionis ore prodidit sua arcana

Sed illa mox resorpsit, inciens Roma,

CLIII. Xiphilinus.

Dionis umbra, corpori invidens toti,
Perire fas te erat vetusta truncantem.

CLIV. Herodianus.

Es ambidexter ore Romulo & Grajo,
Utrinque pullus Eloquentiæ charus.

CLV. Zosimus.

Quid invides tibi ipse nomen augustum?
Pius, politus, esse non simul quibas?

CLVI. Ecclesiæ Historici.

Vocabulis referre vos nimis sanctus
Volens nequibo: Vulgus omnibus notum est.

CLVII. Zonaras.

Dio iste Christianus esse dicetur,
Nihil reliquit ipse sæpè rellictus.

CLVIII. Anna.

Alexias canenda Zonaram supplet,
Cave æstimare Zonara minus doctam.

CLIX. Agathias.

Agathiam vocare jure postremum
Bonûm historum putato: migrat ad primos.

CLX. Nicetas.

Quid impudice, nolle dictitas dura?
Scientem abire semitâ duplex error.

CLXI. Procopius.

Satis probatus, unicus tui census,
Deest legenti habere quod cupit supra,

CLXII. Cedrenus.

Pias fovere fabulas, pie scævum est,
Docere pauca digna tu potes de te.

CLXIII. Pæanias.

Quid est polire multa me logis paucis
Vbi inficetus alter apta dilaxat?

CLXIV. Cæsaris interpres.

Fides perinde Graja sancta ceu Romæ est
Sophronnius sed hocce credere haud quibit.

CLXV.

Satis superque, Lector, hicce digestum est
Dein sequuntur ordine, ordines, rupto.

CLXVI. Epistolæ Græcæ.

Meræ heic habere Gratiæ putant sedes,
Nec audiat severa inlcatum Peitho.

CLXVII. Stobæus.

Stobæus atque Maximus, Melissæque
Pudicus auctor, instar omnium tres sunt.

CLXVIII. Cleomedes.

Cave senex supine, nate Chagetto,
Crocota te decet, polis Cleommedem.

CLXIX. Procli Sphæra.

Quid Archimedis est labor? prior Procli
Tribus subacta paginis rota est mundi.

CLXX. Aristoxenus,

Vetustioris iste Musicæ mens est,
Sed impedita plurimis modis captum.

CLXXI. Orus Apollo.

Trium videre Barthio libros non est,
In his Apollo Nilicus tenet primus.

CLXXII. Geminus.

Vocare disce nobilem hunc virum Scalam
Cui probatus ante non satis pollet.

CLXXIII. Parœmiographi.

Vt unda dena cæterum mare absorbet,

Ita ille

Ita ille Belga cæteros fuit censûs.

CLXXIV. Heraclides.

Periisse nota pepla fiat Aristotlis
Vt placere vestra possient dupla.

CLXXV. Stephani Epitoma.

Cui iste fractus est liber, malè incestus
In orbis ambitum, coactor, exstit.

CLXXVI. Strabo.

Strabo videre cuncta ni potest magnus,
Vbi invenire par acumen in mundo est?

CLXXVII. Julianus.

Salax, severus, arrogans, fuit vitâ
Ita in stilo iste Iulius modo vivit.

CLXXVIII. Cassianus Bassus.

Rei eligendo rusticæ catos versus
Fere ipse Cassianus exstat electus.

CLXXIX. Apollodorus.

Apollodorus est Deum sator; quippe
Ibi invenire perdidas queunt stirpes.

CLXXX. Palæphatus.

Palæphato exerente vana verescunt,
Novo Pelasga Veritas venit verbo.

CLXXXI. Phurnutus.

Videt perinde sancta multa Phornutus
Vt inde nosse sit meram Vetustatem.

CLXXXII. Leonis ἐκλογά.

Leo imperator auget imperaturum
Scientia imperantis, inde Rex Regum.

CLXXXIII. Onosander.

Gruyteri Rigaltiique de scriptis
Caput retollit aureum utilis scriptor.

GLXXXIV. Phæmon.

Canum est medella Phæmonis liber parvus
Brevem vocare claudicans jubet versus.

CLXXXV. Absyrtus.

Pede ambulare cui libido bis bino est
Cave abstinere te legendo ab Absyrto.

CLXXXVI. Hesychius Illustrius.

Sophum & Poetam amabiles recensendo
Sophus, Poeta sæpe, semper Hesychus.

CLXXXVII. Synesius.

Epistolas Synesij mei laudo,
In omnibus, relicta qua, virum laudo.

CLXXXVIII. Aristides.

Es imperator, ô bone, Atticistarum,
Vocare te Atticum erubesco: Sic regna.

CLXXXIX. Philostratus.

Philostratum joco putabis Actæum,
Is Atticista dulcis est, pudens vates.

CXC. Libanius.

Peri Libido de vocabulis tortis
Placet volente Libano poetari.

CXCI. Arriani Peripli.

Lego Arrianus extimum libro littus
Profunda cogit ire Stulius visum.

CXCII. Antigonus.

Phlegonte rapta, nomen unum Apolloni,
Quibus superstes auget hic logis librum.

CXCIII. Ælianus.

Putissimus poeta carminis prorsi
In Italâ urbe condit hic Athenæum.

CXCIV. Alciphron.

Epistularis Alciphron Venus ducta.

Mare esse nata fertur, hocce piscante.

CXCV. Aristænetus:

Venus vel ipsa vel Cupidinis pluma est
Subactus iste Gratiæ manu Cygnus.

CXCVI. Philo Judæus.

Plato est Hebræus, ore quamlibet græco,
Philo, Pelasgus aut Philo Plato est nobis.

CXCVII. Photius.

Nimis mehercle pauca Iudicas præ quam
Perisse multa testis es patrum scripta.

CXCVIII. Pausanias.

PerIt situs quidem Hellados vetustate
Sed ejus hic imago vivida æterna est.

CXCIX. Athenæus.

Cui omnis est Poeta, ut unicus, notus,
Casaubono docente crede Athenæum.

CC. Artemidorus.

Placet notare somnia, ut tuos ritus
Vetusta natio indipiscar hoc libro.

CCI. Liberalis.

Recenset iste versa secla formarum
Velis notare plura, lectio manca est.

CCII. Theophrastus.

Eresij tenere si Cupis scripta
Dabunt Tulanus atque Turnebus versa.

CCIII. Plantarum Historia.

Cate hic agendo multa sunt inexacta,
Docet docendus ipse de novo interpres.

CCIV. Polyænus.

Nocet premente cuncta mole moliri
Iuvat subinde militem ingenI mucro.

CCV. Dion Chrysost.

Nihil negare quit Dio legenti se
Ita ipse jure cuncta suppari est aptus.

CCVI. Demosthenes.

Quid immorabor endo Rhetorum turma.
Puta te habere in unico hoc decem totos.

CCVII. Isocrates.

Nitor Venustus & Venusta Majestas
Isocratem dedere, natus hac stirpe est.

CCVIII. Hermogenes.

Homerico alteroque te sub exemplo
Docebit iste, Rhetorum faber, fari.

CCIX. Dionys Longinus.

Quid alta prestet ora, disce Longino
Docente, florem habebis ardui dicti.

CCX. Demetrius Phal.

Phalereum vocare qui valet istum
Tyrannus Eloquentia atque Demetrius.

CCXI. Tho, Aphton.

Theo Sophista, & Aphtoni liber, scopa
Quibus nitela verritur casti dicti.

CCXII. Heliodorus.

Nitore cuncta sunt tuo, tuo melle
Minora Cuncta: Nil negabitur soli.

CCXIII. Longus.

Librâ subacta cuncta verba: Sic malim
Habere ruri, inesse quam Atticus Prætor.

CCXIV. Achilles Tatius.

Venus faveto, Vester hic satus Peleê.
Tua ista Troja vincitur manu suavi.

CCXV. Aristænetus.

Es ante dictus, es deinde dicendus,

Stili

Stili nitela semper est inexhausta.

CCXVI. Parthenius.

Remota plebe ParthenI docet Charta
In hacce lecta nuspiam leges multa.

CCXVII. Eustathius.

Loquacitatis arguor Dei interpres,
Sed hocce more sunt docenda mi oracla.

CCXVIII. Comment. ApollonI.

Potisse plura dic suo Poeta istum
Mihi minutus audit iste Athenæus.

CCXIX. Tzetza.

Cupit docere sæpè, Zetza quæ nescit.
Loquax proinde, sæpe frontis immunis.

CCXX. Aristoph. Schol.

Sat eruditus, hoc docente quæ disces,
Sapis, mehercle, si inferus bono censui.

CCXXI. Arati Scholiast.

Aratus ipse nescijt quod hi extundunt,
Duplex Aratus eruditio: si se est.

CCXXII. Hesychius.

Poeta si quis est eruere vertendus
Magister iste primus omnium accedat.

CCXXIII. Pollux.

In hoc sepulta lingua Græcia est libro,
Proinde habeto in ungue, at ante coroso.

CCXXIV. Hephæstion.

Eius Poeticus feretris, Hephæste,
Tuis enim Poeta gressibus saltat.

CCXXV. Suida.

Mala hicce multa verba, facta, confusa,
Bona invenire malim in altero auctore.

CCXXVI.

CXXI. Antoninus.

Quid, ô beate, te feram, ni Epictetum?
Bene imperantis inditum manu sceptrum.

CXXII. Lucianus.

Quid inde restat ad Sophum merum Come?
Sapit proinde, si quis apta ridebit.

CXXIII. Plutarchus.

Secute te maloque carmine Stoam;
Satis superque docta res Sophomastix.

CXXIV. Themistius.

In aureâ Themistius sedens sellâ
Nihil nisi aurea orsa dictat infecta.

CXXV. Simplicius.

Manu tenere si voles Epictetum
Habebit iste pollicis vicem scriptor.

CXXVI. Hierocles.

Sacer Sacri iste Carminis sacro vates
Colatur ore: dia cuncta: nil terræ.

CXXVII. Maximus Tyrius.

Platonis uxor esto Maximus, cultu
Superbit elegante, mobili mente.

CXXVIII. Jamblichus.

Supercili rigore dum Plato natat,
Suum iste dogma carpit, atque conjectat.

CXXIX. Plotinus.

Plotiniana sorbet Enneas quicquid
Platonianus antè termo ructat.

CXXX. Eunapius.

Petulcilinguis, auricornis est taurus
Arenam ut ille, ita iste dogmata inspergit.

CXXXI. Porphyrius.

Quid abstinere conditis juvat rebus

Cui creator ore manditur crudo?

CXXXII. Alcinous.

Vt Archimedis in vitro ſtetit cœlum,
Ita heic papyro in unica Plato immenſus.

CXXXIII. Ocellus.

Ocellus, invidendo rebus occaſum,
Sibi minatur, & cadit ſuo ferro.

CXXXIV. Cebes.

Cebetis orbis eſt imago vivendi,
Speclumque quo polire nos decet vitam.

CXXXV. Theophraſti Char.

Colore vultu pictor omnia effingit,
Imago morum in hiſce pingitur chartis.

CXXXVI. Æneas Gazæus.

Reverſum ab inferis virum iſte conſpexit,
Suapte nempe lectione; ſic ſcribit.

CXXXVII. Nemeſius.

Nemeſius parens vocetur humanus,
Eo enotante quiſque quid ſiet diſcit.

CXXXVIII. Proclus

Caret Platone parte maximâ, Procli
Cui abnegata lectio, vel illecta eſt.

CXXXIX. Scholaſtici.

Scholaſticos referre diſpudet porcos,
Porcos volebam, at illud obegerit turba.

CXL.

Olympidorus & Philopponus docti,
Et Ammoni orſa, cæteros negat verſus.

CXLI.

Damaſcium Themiſtiumque, pugnaceis
Scholaſticaque cæteros notæ Patres.

CXLII. Herodotus.

Poetapulihistorem huncce dictabis,
Serenus ora,mellilinguis est Scriptor.

CXLIII. Thucydides.

Loqui Latina non potest Orollides,
Nisi Diona calceo minus grata est.

CXLIV. Xenophon.

Loqui minuta Xeinophonte de magno
Nimus, mehercle, sit silentium enorme.

CXLV. Polybius.

Parum est, juvare ni queas, catè scribi.
In hocce regnat usus historis docti.

CXLVI. Arrianus.

Vt æstimas ted, æstimaris à vulgo,
Ita Arriânus historum est Alexander.

CXLVII. Diodorus.

Bona orbis est sepulta pars suo auctore,
Revivere orsa cum hoc caput rogum vicit.

CXLVIII. Josephus.

Quid, Appio proterve,origines nostræ
Tibi videntur? an deinde mussabis?

CXLIX. Dionysius.

Fide hujus esse nil potest magis certum,
Vt Eloquentiâque & arte dicendi.

CL. Appianus.

Legas,monebo,cautior vagum auctorem,
Clepit subinde versa dicta majorum.

CLI. Plutarchus.

Sine interire cæteros, tene hunc solum,
In uno habere mille sic puta libros.

CLII. Dio.

Dionis ore prodidit sua arcana

Sed illa mox reſorpſit, inciens Roma,

CLIII. Xiphilinus.
Dionis umbra, corpori invidens toti,
Perire fas te erat vetuſta truncantem.

CLIV. Herodianus.
Es ambidexter ore Romulo & Grajo,
Vtrimque pullus Eloquentiæ charus.

CLV. Zoſimus.
Quid invides tibi ipſe nomen auguſtum?
Pius, politus, eſſe non ſimul quibas?

CLVI. Eccleſiæ Hiſtorici.
Vocabulis referre vos nimis ſanctus
Volens nequibo: Vulgus omnibus notum eſt.

CLVII. Zonaras.
Dio iſte Chriſtianus eſſe dicetur,
Nihil reliquit ipſe ſæpè rellictus.

CLVIII. Anna.
Alexias canenda Zonaram ſupplet,
Cave æſtimare Zonara minus doctam.

CLIX. Agathias.
Agathiam vocare jure poſtremum
Bonûm hiſtorum putato: migrat ad primos.

CLX. Nicetas.
Quid impudice, nolle dictitas dura?
Scientem abire ſemitá duplex error.

CLXI. Procopius.
Satis probatus, unicus tui cenſus,
Deeſt legenti habere quod cupit ſupra,

CLXII. Cedrenus.
Pias ferre fabulas, pie ſcævum eſt,
Docere pauca digna tu potes de te.

CLXIII. Pæanias.

Quid est polire multa me logis paucis
Vbi inficetus alter apta dilaxat?

CLXIV. Cæsaris interpres.

Fides perinde Graja sancta ceu Romæ est
Sophronimus sed hocce credere haud quibit.

CLXV.

Satis superque, Lector, hicce digestum est
Dein sequuntur ordine, ordines, rupto.

CLXVI. Epistolæ Græcæ.

Meræ heic habere Gratiæ putant sedes,
Nec audiat severa nil catum Peitho.

CLXVII. Stobæus.

Stobæus atque Maximus, Melissæque
Pudicus auctor, instar omnium tres sunt.

CLXVIII. Cleomedes.

Cave senex supine, iste Chagetto,
Crocota te decet, post Cleommedem.

CLXIX. Procli Sphæra.

Quid Archimedis est labor? prior Procli
Tribus subacta paginis rota est mundi.

CLXX. Aristoxenus,

Vetustioris iste Musicæ mens est,
Sed impedita plurimis modis captum.

CLXXI. Orus Apollo.

Trium videre Barthio libros non est,
In his Apollo Nilicus tenet primas.

CLXXII. Geminus.

Vocare disce nobilem hunc virum Scalam
Cui probatus ante non satis pollet.

CLXXIII. Parœmiographi.

Vt unda dena cæterum mare absorbet,

Ita ille

Ita ille Belga cæteros sui census.

CLXXIV. Heraclides.

Perisse nota pepla sint Aristotlis
Vt placere vestra possint dupla.

CLXXV. Stephani Epitoma.

Cui iste fractus est liber, male incestus
In orbis ambitum, coactor, exstat.

CLXXVI. Strabo.

Strabo videre cuncta ni potest magnus,
Vbi invenire par acumen in mundo est?

CLXXVII. Julianus.

Salax severus, arrogans, fuit vitâ
Ita in stilo iste Iulius modo vivit.

CLXXVIII. Cassianus Bassus.

Rei eligendo rusticæ catos versus
Fere ipse Cassianus exstat electus.

CLXXIX. Apollodorus.

Apollodorus est Deum sator; quippe
Ibi invenire perdidas queunt stirpes.

CLXXX. Palæphatus.

Palæphato exerente vana verescunt,
Novo Pelasga Veritas venit verbo.

CLXXXI. Phurnutus.

Videt perinde sancta multa Phornutus
Vt inde nosse sit meram Vetustatem.

CLXXXII. Leonis Τακτικά.

Leo imperator auget imperaturum
Scientia imperantis, inde Rex Regum.

CLXXXIII. Onosander.

Gruyteri Rigaltyque de scriptis
Caput retollit aureum utilis scriptor.

CLXXXIV

GLXXXIV. Phæmon.

Canum est medella Phæmonis liber parvus
Brevem vocare claudicans jubet versus.

CLXXXV. Absyrtus.

Pede ambulare cui libido bis bino est
Cave abstinere te legendo ab Absyrto.

CLXXXVI. Hesychius Illustrius.

Sophum & Poetam amabiles recensendo
Sophus, Poeta sæpe, semper Hesychus.

CLXXXVII. Synesius.

Epistolas Synesij mei laudo,
In omnibus, relicta quæ, virum laudo.

CLXXXVIII. Aristides.

Es imperator, ô bone, Atticistarum,
Vocare te Atticum erubesco: Sic regna.

CLXXXIX. Philostratus.

Philostratum joco putabis Actæum,
Is Atticista dulcis est, pudens vates.

CXC. Libanius.

Peri Libido de vocabulis tortis
Placet volente Libano poetari.

CXCI. Arriani Peripli.

Lego Arrianus extimum libro litus
Profunda cogit ire Stukius visum.

CXCII. Antigonus.

**Phlegonte rapta, momen unum Apolloni,*
Quibus superstes auget hic logis librum.

CXCIII. Ælianus.

Putissimus poeta carminus prorsi
In Italâ urbe condit hic Athenæum.

CXCIV. Alciphron.

Epistularis Alciphron Venus ducta.

Marc

Mare esse nata fertur, hocce piscante.

CXCV. Aristænetus:

Venus vel ipsa vel Cupidinis pluma est
Subactus iste Gratiæ manu Cygnus.

CXCVI. Philo Judæus.

Plato est Hebræus, ore quamlibet græco,
Philo, Pelasgus aut Philo Plato est nobis.

CXCVII. Photius.

Nimis mehercle pauca Iudicas,præ quam
Periisse multa testis es patrum scripta.

CXCVIII. Pausanias.

PerIt situs quidem Hellados vetustate
Sed ejus hic imago vivida æterna est.

CXCIX. Athenæus.

Cui omnis est Poeta, ut unicus,notus,
Casaubono docente crede Athenæum.

CC. Artemidorus.

Placet notare somnia, ut tuos ritus
Vetusta natio indipiscar hoc libro.

CCI. Liberalis.

Recenset iste versa secla formarum
Velis notare plura, lectio manca est.

CCII. Theophrastus.

Eresij tenere si Cupis scripta
Dabunt Tulanus atque Turnebus versa.

CCIII. Plantarum Historia.

Cate hic agendo multa sunt inexacta,
Docet docendus ipse de novo interpres.

CCIV. Polyænus.

Nocet premente cuncta mole moliri
Iuvat subinde militem ingenI mucro.

CCV. Dion Chrysost.

Nihil negare quit Dio legenti se
Ita ipse jure cuncta suppari est aptus.

CCVI. Demosthenes.

Quid immorabor endo Rhetorum turmæ.
Puta te habere in unico hoc decem totos.

CCVII. Isocrates.

Nitor Venustus & Venusta Majestas
Isocratem dedere, natus hac stirpe est.

CCVIII. Hermogenes.

Homerico alteroque te sub exemplo
Docebit iste, Rhetorum faber, fari.

CCIX. Dionys Longinus.

Quid alta præstet ora, disce Longino
Docente, florem habebis ardui dicti.

CCX. Demetrius Phal.

Phaleræum vocare qui valet istum
Tyrannus Eloquentis atque DemetrI es.

CCXI. Tho, Aphton.

Theo Sophista, & Aphtoni liber, scopæ
Quibus nitela verritur catedicti.

CCXII. Heliodorus.

Nitore cuncta sunt tuo, tuo melle
Minora Cuncta: Nil negabitur soli.

CCXIII. Longus.

Librâ subacta cuncta verba: Sic malim
Habere ruri, inesse quam Atticis Prætor.

CCXIV. Achilles Tatius.

Venus faveto, Vester hic satus Peleô.
Tua ista Troja vincitur manu suavi.

CCXV. Aristænetus.

Es ante dictus, es deinde dicendus,

Stili

atili mtela semper est inexhausta.

CCXVI. Parthenius.

Remota plebe ParthenI docet Charta
In hacce lecta nusquam leges multa.

CCXVII. Eustathius.

Loquacitatis arguor Dei interpres,
Sed hocce more sunt docenda mi oracla.

CCXVIII. Comment. ApollonI.

Potisse plura dic suo Poeta istum
Mihi mmutus audit iste Athenaeus.

CCXIX. Tzetza.

Cupit docere sæpè, Zetza quæ nescit.
Loquax proinde, sæpe frontis immunis.

CCXX. Aristoph. Schol.

Sat eruditus, hoc docente quæ disces,
Sapis, mehercle, si inseris bono censui.

CCXXI. Arati Scholiast.

Aratus ipse nescijt quod hi extundunt,
Duplex Aratus eruditus ſi se est.

CCXXII. Hesychius.

Poeta si quis est eritve vertendus
Magister iste primus omnium accedat.

CCXXIII. Pollux.

In hoc sepulta lingua Græcia est libro,
Prom... habeto in ungue, at ante coroso.

CCXXIV. Hephæstion.

E...us Poeticus feratris, Hephæste,
Tuis enim Poeta gressibus saltat.

CCXXV. Suida.

Mala hicce multa verba, facta, confusa,
Bona invenire malim in altero auctore.

CCXXVI.

Cadit, sub Eloqvente noxius bello.

CCXXXVI. Seneca Pater.

Latebam in ore filij, ex eo, LipsI
Favore: Rhetor olim acuminis princeps.

CCXXXVII. Quintilianus.

Avum, Nepotis inscius, voces cultum
Eo loquente mutus est avos piscis.

CCXXXVIII. Calpurnius Flaccus.

Merum reliquit avitas tibi nomen,
Tamen putaris esque Rhetor argutus.

CCXXXIX. Posthumius.

Durantius sonare Posthumum suadet,
Manu exarata lectio vocat Florum.

CCXL. Cæsar.

Laboris orba, consecuta Naturæ
Favere, dicta Cæsaris, putum Nectar.

CCXLI. Livius.

Referre lacte mulsa rite commista
Mihi videris, Eloquentiæ pompa.

CCXLII. Plinius.

Vocare ritè Plinium potes mundi
Sed abs forense lite, Iureconsultum.

CCXLIII. Columella.

Senatui quid, ordini quid urbano
Relinquis, ô nitore, Rustice, urbano?

CCXLIV. Celsus.

Stilus loquentiam, Auctor eluit ri orbes

Et hinc & inde purius nihil natum est.

CCXLV. Seneca.

Brevis, subactus, entheum Deo pectus,
Arena calcis orba, sed fluens auro.

CCXLVI. Velleius.

Ab Elegante singularis effatu,
Pater mihipte, sic Paterculus dicor.

CCXLVII. Curtius.

Suävitatis Imperator argutæ
Nihil relinquit auctor, atque Alexander.

CCXLVIII. Vitruvius.

Negas opus peritiam artium exactè
Vt Architectus adsequatur, & restas.

CCXLIX. Scribonius.

Pelasgus esse disputare: Sed nobis
Et illatinus & parum audies Græcus.

CCL. Cornificius.

Herenniana Rhetorum mea est norma,
Ita autumare Turnebo juvat Patre.

CCLI. Apicius.

Coloris esse cujus hunc putem ignoro
Apicij sed esto, dum amplio, sculna.

CCLII. Mela.

Mela eruditus eloquensque rorando
Superba flumina, ipse rivus, exæquat.

CCLIII. Higenus.

Poeta quisquis es futurus, edisce,
Hygeniana dicta, quamlibet manca.

CCLIV.

CCLIV. Dialogus.

Duo heic loquuntur, auctor unus obscurus,
Sed invenire nil politius possis.

CCLV. Petronius.

Petronij facetiæ alba melligo est
Luunt sed hancce sanitate putantes.

CCLVI. Valerius Maximus.

In urbe primus iste militum fatus
Tubaque tibiam insolente commutat.

CCLVII. Nepos.

Probum vocare qui probissimum hunc mavolt,
Quod aptus ille judicans luit nomen.

CXLVIII. Suetonius.

Merum, Mehercle, lacteæ sonum vocis,
Stupesco, laude lingua mi minor vestra est.

CCLIX. Plinius Cæcil.

Stylo Solute Martialis in prorso
Acumen omne, acuminis parens, vincis.

CCLX. Gellius.

Relicte sole Criticum è choro prisco
Egers sæpè Critici putant tete.

CCLXI. Florus.

Tabella picta, dedicata Saturno
Colore facta punicante denarrat.

CCLXII. Justinus.

Trogi superbe lictor, occidis pro una
Quotidianus ipse cæde Pompejus.

CCLXIII. Frontinus.

Severa sed nec orba pompa dulcore
Locutionis, orba bracteis vocum.

CCLXIV. Quintilianus.

Quis audeat tibi imminere peccanti?
Sophus loquendo sæpè Iudici talpa est,

CCLXV. Palladius.

Quid utilis loquaculum librum præstet
In hoc videbo; verba qui libra appendit.

CCLXVI. Tacitus.

Profana turba non capit sacrum auctorem,
Gravis, severus, arrogans, sine horrore.

CCLXVII. Irenæus.

Nec iste Grajus est nec iste Romanus,
Pelasgicum Latinus horret interpres.

CCLXVIII. Tertullianus.

Afro in lepore, doctior vetustatis
Quit imperare tortili sono Florens.

CCLXIX. Arnobius.

Politus asper aureo fluis cinno,
Et ista lima comit, horreat quamvis.

CCLXX. Cyprianus.

Afro esse si quis ore Tullius Marcus
Is esse Cyprianus unus impetrat,

CCLXXI. Pandectæ.

Sine interire Marce, Romulam, linguam,
Ab his nova ortum habebit, altera major.

CCLXXII.

CCLXXII. Appuleius.

Poeta sive dicar, æstimo nauci
Licentiosus approbabor orator.

CCLXXIII. Capella.

Loqui potesse pulcra, nolle, culpandum est,
Poeta doctus, at loquutor hircosus.

CCLXXIV. Optatus.

Pie eruditus absque flatili fuco,
Id opto solum habere, quod fero præ me.

CCLXXV. Fulgentius.

Nimis Cupido vestra magna fulgendi est,
Iuvat lacere quod negat diem ferre.

CCLXXVI. Cassianus.

Quid ipse sim locutus exsulat de me,
Meus mihi imperare quivit interpres.

CCLXXVII. Lucifer.

Parum esse lucis arbitror, nisi primo
Tibi ipse lux, deinde cæteris, fias.

CCLXXVIII. Philastrius.

Philastrio loquente saxa collidunt,
Ita ipse durus, ore durior quovis.

CCLXXIX. Chrysologus.

Mihi anteferre sanctulos queas paucos,
Ab aureo ore doctus effluit sermo.

CCLXXX. Zeno Veronensis.

Casaubono putante doctus est Zeno,
Et esse debet, ut Casaubonus censet.

CCLXXXI. Ennodius.

Febri inquinatus & Gothunnicâ fractus.
Luc, eloquenter Ennodi furit sermo.

CCLXXXII. Firmicus.

Tumere doctus, impotenter argutus,
Refutat ipse nomen, ore formicæ.

CCLXXXIII. Noticia Imperij.

Brevi ambitu docere te potest charta
Docenda multa, Pancirola si accedat.

CCLXXXIV. Cælius Aurelianus.

Acutioris indiget soni morbus,
Acutus ipse, Cœlio tamen credo.

CCLXXXV. Vegetius.

Equum bovemque carta militis curat
In his vetusta copia ut fuit vita.

CCLXXXVI. Macrobius.

Politus ipse multiforme doctrinâ es
Quid interest docere ab altero docta?

CCLXXXVII. Ausonius.

Acutus & Poeticus tuus sermo,
Epistolare monstrat, haud docet, scriptum.

CCLXXXVIII. Rufinus.

Fidem requiro sæpè, Rufe, dum vertis
Pelasga dicta; cætera æstimo pulcri.

CCLXXXIX. Obsequens.

Quid ominose muginaris interpres?
Sat est notasse ubi omen exprimunt facta.

CCXC. Minutius Felix.

Libello in unico unicam tenes nomen
Nihil loquendo consequi potes majus.

CCXCII. Sidonius.

Ab ingeni politie optime Scriptor,
Velim esse dignus tuum tempus.

CCXCII. Salvianus.

Pius, fidelis, arroganter hostilis,
Placere Salvianus omnibus debet.

CCXCIII. Hieronymus.

Disertius loquutus omnibus, solum
Repone Tullium, iste Delmata est sanctus.

CCXCIV. Augustinus.

Minora cuncta viribus tuis dico
Stilum ipse noluisti habere majorem.

CCXCV. Boethius.

Ad omnia aptus omnibus superstabas
Abinde nomen obtines viri immensi.

CCXCVI. Historia Augusta.

Quid inde restat? omnia imperI arcana
Notante dicta sunt Casaubono vobis.

CCXCVII. Ammianus.

Probatus iste veritate constanti
Nihil remittit, & stilum vocas Graecum?

CCXCVIII. Eutropius.

Brevis tabella dedicata Saturno
Docebit omne Roma quod nequid tota.

CCCVIII. Jornandes.

Habere si lubido cœpit hunc, quare
Mihi editoris arma comta Vulcani.

CCCIX. Rhetores.

Pythœus hosce dat tibi, ast inemendes,
Videre quantum ego queo: queo haud multum.

CCCX. Higenus. Poet. Astr.

Higenus esse fabulator haud dicar
Fuisse dicar; astra, sed cluunt viva.

CCCXI. Albericus.

Quis Albericus iste, totus ignoro,
Nec, hercle, sit niger vel albus, exquiro.

CCCXII. Epigr. & Poematia cetera.

Quis iste pistor hic cui globus factust?
Benè eruditus, interim hoc fiet nomen.

CCCXIII. Appendix Virgilii.

Poetica ista: Sed dat omnium interpres
Catam esse rerum, id heîcce mí recensetur.

CCCXIV. Orosius.

Sat Eloquens piusque, veritas culta est,
Et ejus iste sæpè peccat ad nutum.

CCCXV. Panegyrici.

Cave, ô future principi ad latus quondam,
Manus relinquat hosce punctulo in parvo.

CCCXVI. Lactantius.

Tomasium require si putum lacte
In hoc cupiscis, est Secundus Arpinas.

CCCXVII. Vincentius.

Brevis libellus ast refertus est fruge
Bona, monentis arbiter Lirinensis.

CCCXVIII. Apul. Celsus.

Ita hunc vocare nunc lubet, nec auctorem
Quod hunc putem, sed esse quod decet certum.

CCCXIX. Cassiodorus.

Senator almus usibus meis servit,
Cave stylum aestimare, fervit hic rebus.

CCCXX. Ambrosius.

Apis necesse dictitere Christiana,
Cui polita lingua melle dimanat.

CCCXXI. Symmachus.

Brevis, sonorus, elegans, gravis, densus
Rotante dicta vincit arrogans gyro.

CCCXXII. Censorinus.

Vetustioris hic Scientiae mista est
Eum explicare non potes, capis quamvis.

CCCXXIII. Solinus.

Sit undecunque ducta, tract a, vel sorpta,
Sitim levabit unda, pura sit saltim.

CCCXXIV. Ulpiani Regulae.

Sit Vlpianus iste, vel fuit quantus
Docet minuta regula, atque diffracta.

CCCXXV. Collatio. LL.

Homo Deusque dissonant cui; debet
Librum hunc videre, consonare jurabit.

CCCXXVI.

CCCXXVI. Charisius.

Ita, ô, docere litteras, Scholæ nostræ
Vt hic praivit, Alpha litteratorum.

CCCXXVII. Diomedes.

Ab eruditione talis & tantus.
Vt auctor esse, Litterator haud possit.

CCCXXVIII. Priscianus.

Reapse Priscianus est Amalthea
Abinde promat omnia insciens doctor.

F I N I S.

Ἰδοὺ τὸ τέρμα, τῷ θεῷ χάριν δίδου.

AMICE LECTOR,

Absens auctor vetuit in manuscriptis suis quicquam mutari; proinde nos eius voluntatem secuti nonnunquam scripturam assecuti non sumus: itaq; hæc minuta & alioquin corrigi obvia notanda tamen huc fuere. Vbi tamen non dissimulandum in his multa esse quæ Auctor ipse mutavit, supplevit, induxit, quanquam serius impresso iam carmine. Adeo non omnia perviderit, ne ipse, quidem qui

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

P*Ag. 3. lege oracla 5. dolore. l. dolere. 7. lege. Eamse. ibid. l. celsior natu. 8. l. Adeste. 10. l. oggerit. 13 cum in. l. eum in. ibid. l in festo. ibid. l. vocarus. 14. l. sonace. 16 sacre. l. sacro. 18. l nova ut simul possint. 19. l cupita pro cupida. 20. fuerunt. l ferunt. ibid. l. cinnus. ibid. l debet 21. Sciret. l. sciet. ibid. l. in ora. 23. v 1. l. Tenet. ibid. l. nocere. 24. l. Astra. ibid. l. Arriane. 26. l. & ipsus. ibid. l. coniuvantis 30. l obstaclum. 33 navi l. navi. 34. l. sublesti 36. perministrasset. l pra 37. sors l fons. 39 l. suo Scala 40. l. sonabit 42. mane. l. inane 43. l. cuncta. 46 per quod. l. perq;. 48. l. usibus. ibid. l. Eques per. 49 l. vetustus. 52. l. fluctuare, 54. l. ciclo refuso. ib. felis. l. filis. 56. l. & hostiã ib. es. l. est. 59 quib9 l quibis. 60. l ipsa bella. 65. quod nec necat d. rò nec. ib deposco. l. depono. 66 Fer l. Per 67. decore. l. decere. 68. l inominis. 72. Horatiana. 73. intentus. l. nitent. 78. l. Vmbri- Mantu. ibid. l. restet. 80. l. obsecrato. 85. vestit. l vestis. ibid. l. labore. 86. l. pigens. 88. l. ingenti. 89. lin. 1. l. audiendo. 90. libripens. 90. l. sacr. cartam 93. l. possides pl. ibid l. suopte. p 96. l. oggeras. 100. l. vicaries p. 102. cliente. l. favente. 105. l. proterva. 106. l. retro. ib. isti. l. iste. ibid. l. madulsa ib l pœna. 107. atque. l. ad*q;. 112. l. angu'is. 118. l. futura. 1 9. l. Reserre. 121. l. Acernus. 122. l. Deo venire. 131. l. Olens. 135. l. Procos. ibid. l istud. 139. l existit. ibid. perditas. 141. l. Fulanus 144. l. vetustioris. 145. l exeo. 149. latere. 151 velim. L.* velim tibi esse laxius tuum tempus. *ibid. l. nequit. 154. l. servit hic. 155. l docete. ibid. l. Θεῶ.*